



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





~~2~~ 2  
5<sup>a</sup> = 1764 ~~816~~

~~Dominican Republic~~

~~Dominican Republic~~

3. ~~2~~ - ~~opus~~ ~~2~~

~~Medieval~~ ~~opus~~

~~72-1012-226~~

FCC  
34362

1684

500

# DE ANTIQVITATI

TIBVS VRBIS ROMAE

ab antiquis nouisq; auctoribus exce= 902 (37)  
ptis, ex summa breuitate ordi= F 28  
neq; dispositis per Lu= €  
cium Faunum.

¶

oracula uentis,

Ne turbida molera respedit



Nunc folio Vates commodiore sonat.

Cum priuilegijs summi Pontificis, ex illustrissimi  
Senatus Veneti ad decennium.

Gatiburra alt<sup>e</sup>, & la Compasione?

Digitized by Google

Motu proprio &c. cum sicut Dilectus filius noster Michael Tramezinus Bibliopola Venetus nobis exponi fecit ad communem omnium studiosorum utilitatem, sua propria impensa duversa opera Latina, et Italica: ipsa Italica, tamen ex Latino, et Hispano, ac Gallico itinomate translata, quam Italice facere minimeque translatam: hactenus non impressa imprimi facere intedat, dubitetque, ne huiusmodi opera postmodum ab alijs sine eius licentia imprimatur, quod in maximu[m] suu p[re]aeudicium tederet. Nos propterea eius indenitati consuleros uoletes: Motu simili ex certa scieta eidem Michaeli, ne predicta opera hactenus non impressa et per ipsum imprimenda per x. annos post eorundem operum uel eiuslibet ipsorum impressione a quocunque fine ipsius licentia imprimi aut uendi, seu uenalia teneri possint, concedimus et indulgemus. Inhibentes omnibus, et singulis Christi fidelibus, tam in Italia quam extra Italiam existent presertim Bibliopolis et librorum impressoribus sub excommunicationis late sententiae: In terris aero S. R. E. mediate uel immediate subiectis etiam ducentorum Ducatorum auri camera Apostolicæ applicandorum, et insuper amissionis librorum poena toties ipso facto, et absque alia declaratio[n]e incurreda; quoties contrauentum fuerit, ne intra decennium ab impressione dictorum operum, uel cuiuslibet ipsorum, respectu computandum, dicta opera tamen Latina, quam Italica hactenus non impressa, et per ipsum Michaelem im-

primenda sine eiusdem Michaelis expressa licentia  
dicto decennio durante imprimere, uendere seu uena  
lia babere uel proponere audeant. Mandantes uni=   
versis Venerabilibus fratribus nostris Archiepisco=   
pis Episcopis eorumq; vicarijs in spiritualibus gene=   
ralibus, et in Statu temporali S.R.O.E. etiam lega=   
tis ex Vicelegatis sedis Apostolice, ac ipsius status  
gubernatoribus, ut quoties, pro ipsius Michaelis par=   
te fuerint requisiti, uel eorum aliquis fuerit requisi=   
tus, eidem Michaeli efficacis defensionis presidio af=   
fidentes, premissa ad omnem dicti Michaelis requisi=   
tionem contra inobedientes et rebelles per censu=   
ras ecclesiasticas, etiam sepius aggraua. et per alia  
iuris remedia auctoritate Apostolica exequantur.  
Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij  
secularis, non obstan. constitutionibus et ordinatio=   
nibus apostolicis ceterisque contrarijs quibuscum=   
que, et insuper quia difficile admodum esset presen=   
tem motum proprium ad quelibet loca deferri, no=   
lamus et apostolica auctoritate decernimus ipsius  
transumptis uel ex epis, etiam in ipsis operibus impres=   
sis plenam et eandem prorsus fidem ubique tan in iu=   
dicio quam extra haberi, que praesenti originale ba=   
beretur et quod presentis motus proprij, sola Signa=   
tura sufficiat, et ubique fidē faciat in iudicio et ex=   
tra, Reg. nostra in contrarium edita non obstat.

P L A C E T . A.

1548. die 30. Iulij in Rogatis.

Che per autorita di questo Conseguio sia concesso al fidelissimo nostro Michiel Tramezino, che per anni X. proximi alcuno senza permissione sua non possa stampar, ne far stampar, ne uender in questa nostra città, ne in alcun luogo del Dominio nostro, ne altroue stampata in quelle uendere, l'opera uolgar, & latina di Lucio Fauno dell'antichità di Roma, sotto pena di perdere tutti li libri, & di pagare ducati ceto, da essere diuisi in tre eguale parti, l'una alla camera dell'armamento, l'altra all'arsenale, & la terza al Magistrato, che fara l'effecutione, essendo obligato di osservare quello, che per le lezze nostre è disposto in materie di stampe.

Aloysius de Garzonibus  
Ducalis notarius

¶ iii

ALEXANDRO FARNESIO  
CARD. AMPLISS.

Cum tu urbē, ut princeps fecūdā Paulum Pōt.  
Max. clarissimis tuis gestis ornaueris, patriā,  
ut ciuīs, incredibili, et prope singulari studio illustra  
ueris Card. ampliss. nemo est omniū, qui nō te ut prin  
cipem optimum, et ciuem longe clarissimū admirat  
ur. Nam ut alia omittam, nonne uel utrū illud precla  
rū tuæ in patriam pietatis specimen aliorū gesta non  
modo æquare potest, sed plane etiā obscurare? neq;  
enim satis tibi fuit libros, in quibus rerum Rom. mo  
numenta extabant, undique conquirere, nisi illud etiā  
addideris, ut summa diligentia adhibita præstantissi  
morum uirorū memoriā, tot seculis intermortuam,  
et terra iandiu obrutā, in lucem euocares. Cuius rei  
argumentū est, quod nuper ē foro Romano dicam,  
an ē Sacra uia: nihil moror, effossa humo præclarissi  
marū rerū eruta monumenta in Capitolio colloca  
ri iuſſisti, ad tuæ uidelicet patriæ splendorem, et tui  
nominis memoriam sempiternā. Quo fit, ut cum supe  
rioribus diebus Faunū, qui de Ro. antiquitatibus scri  
pitauit, ex illa, qua uulgo utimur, in latinā linguam  
maxima et fide, et diligētia uertendū curassem, quo  
reliquos, qui auctorem ob eius linguae fastidiū auer  
santur, et exteras nationes, apud quas latini sermo  
nis usus latius patet, ad huius libri lectionē accende  
remus, tuo potissimū nomini inscriptum ediderimus:  
non quo per se ipse auctor studiosis probari nō pos

fit, nō ex luculentus sāne scriptor est, et mīro ordinē singula persegitur: sed malūmus auctoris in eo genere solertiā, et nostrā in eo uertendo diligentia tuo nomine commendari. Et simul non ab re fuit, ut, qui Romanarū antiquitatū memoriā scriptis cōmen-  
dauit, Romani ex ciuis ex principis titulo cōbonesta-  
retur, presertim cū nostra tempestate ita usū cueniat,  
ut, quicquid tibi dicetur, illico omnibus uel eo tantū  
nomine probetur. quod cū effecerim, satis nostrae dili-  
gentiae, satis auctoris famae, atq; honori consultum  
putau. Vale.

Deditissimus Michael Tramezinus.

ORDO HOC LIBRO TO  
TO SERVATVS.

Primo libro portae urbis que nunc sunt, que uefuerē, satrum nominibus nouis priscisq; additis continen-  
tur. Item uiae quae per portas excent, omniaq; que in  
ijs, aut extra portas fuere. Adeo ut etiam uestigia persequamur.

Secundus liber habet mentionem capitolij, atq; omniū  
rerum antiquarum quae in eo aut sunt, aut aliquādo  
fuere. Postea in ualle descendētes, quae est inter capito-  
lū, ac palatinum, de antiquis rebus quae ibi fuere tra-  
ctamus. De foro Romano quod cū bac ualle coniun-  
gebatur, deq; suis omnibus, de palatino, et ijs quae ad  
eū pertinebāt. De alijs quatuor præterea foris. s. C. & sa-

ris, Augusti. Nerue, Traiani, deq; suis ornamentiis.

In tertio libro sermo est de Auentino ac de ijs quæ aut sunt hodie, aut olim fuere. de Testacio, inde ad aliud latum huius collis transcuntes primo de ijs tractamus, q̄ fuere inter flumen ex capitolii. Mox de foro olitorio, de uelabro de foro boario, de circo Max. de ualle quæ est inter cæliū, ac palatinū usq; ad Amphitheatrum Titi. ad uia Appia postea reuertentes, de omnibus locis, quæ erant usque ad portam capenā, de cæliolo, cælio, item de omnibus locis quæ aut fuere, aut nunc reperiuntur, agimus.

Quartus collē Exquiliarū describit, cū aperta huius collis distinctione, mox uiminalē, de suburra, de uico patritio inde tractatur. De ualle quirinali nō omisis suis partibus. Similiter de quirinali, de alta semi ta, de circo flore, ac de hortis Salustij. Descripta aut ualle, quæ est inter hunc collem atq; hortulos, de colle, de hortulis cū suis locis, demū in urbem planam de cāpo Martio, cū suis omnibus partibus puta de ualle martia, de Mausuleo Augusti, de villa publica, de septis, de pantheo, de agone, ac reliquis de quibus sīngē latim mētio est. Itē de ea parte urbis, quæ fuit prope olitorii forū inter flumē ac capitolii, necnō campū martii ubi Flaminius circus, theatrum, ac curia Pompeij cāpus floræ, atq; alia quædā insigniora fuere.

Quintus liber continet expositionē Tyberis, pōtium Insulae Iouis, regionis trans tyberinæ, omnū partium Vaticani. Aqueductū, nouem aquarum, hæc autem omnia planius in sequenti indice patent.

*Index rerum que in hoc libro con-  
tinentur per Capita.*

*Liber .1.*

<i>Roman à Romulo conditam, &amp; ab eo nomen acce- pisse</i>	<i>Cap. 1.</i>	<i>carte. 1</i>
<i>De gentibus, que cum locum coluere, ubi conditaro- ma est</i>	<i>Cap. 2.</i>	<i>c. 2</i>
<i>De urbe Romuli, deq; eius portis</i>	<i>cap. 3.</i>	<i>c. 3.</i>
<i>De mœnibus, uarioq; R.O. antiquæ circuitu</i>	<i>cap. 5.</i>	<i>c. 5</i>
<i>De pomerio</i>	<i>cap. 5.</i>	<i>c. 7.</i>
<i>De portis urbis ac uis</i>	<i>cap. 6.</i>	<i>c. 8</i>
<i>De porta populi, uiaq; Flaminia</i>	<i>cap. 7.</i>	<i>c. 9</i>
<i>De pinciana porta, &amp; de collatina</i>	<i>cap. 8.</i>	<i>c. 9</i>
<i>De porta ac uia salaria</i>	<i>cap. 9.</i>	<i>c. 10</i>
<i>De porta D. Agnetis, &amp; via Numictana</i>	<i>cap. 10.</i>	<i>c. 11</i>
<i>De p. inter aggeres, et de querquetulana</i>	<i>c. 11.</i>	<i>c. 12</i>
<i>De porta D. Laurentij, &amp; de uia Tyburtina Labica na, &amp; prenestina</i>	<i>Cap. 12.</i>	<i>c. 13</i>
<i>De porta Nettia, de uia Labicana, ac Tyburti- na</i>	<i>cap. 13.</i>	<i>c. 14</i>
<i>De porta D. Ioannis, ac uia campana</i>	<i>cap. 14.</i>	<i>c. 14</i>
<i>De Gabiusa, ac uia sabina</i>	<i>cap. 15.</i>	<i>c. 15.</i>
<i>De porta ac uia latina</i>	<i>cap. 16</i>	<i>c. 15</i>
<i>De capena porta, &amp; de uia Appia</i>	<i>cap. 17</i>	<i>c. 15</i>
<i>De trigemina porta, &amp; de uia hostiensi</i>	<i>cap. 18</i>	<i>c. 17</i>
<i>De portis transyberinis &amp; primum de porta ripæ, &amp; uia portueni</i>	<i>cap. 19</i>	<i>c. 18.</i>
<i>De porta ac uia Aurelia</i>	<i>cap. 20</i>	<i>c. 20</i>
<i>De porta septimiana, &amp; de uia Iulia.</i>	<i>cap. 21</i>	<i>c. 20</i>

<b>De porta triumphali ac uia</b>	<b>cap. 22</b>	<b>c. 21.</b>
<b>De sex portis uaticani</b>	<b>cap. 23</b>	<b>c. 22</b>
<b>De alijs antiquis portis Romæ</b>	<b>cap. 24</b>	<b>c. 21</b>
<b>De uijs quæ olim fuere</b>	<b>cap. 25.</b>	<b>c. 22</b>

## LIBER. II.

<b>De septē urbis collibus, primū de capitolio</b>	<b>cap. 1.</b>	<b>c. 23</b>
<b>De arce capitolij, de templo Iunonis Monetæ de ædibus Manilij, ac T. Tatij.</b>	<b>cap. 2.</b>	<b>c. 24</b>
<b>De ciuiis capitolij, de capitolio de Iouis tonantis templo, fortunæ, de rupæ Tarpeia, de saturni tēplo, de faxo carmentæ</b>	<b>cap. 3</b>	<b>c. 25</b>
<b>De Iouis templo opt. Max. de clauo annali de tēplo termini, ac fidei</b>	<b>cap. 4.</b>	<b>c. 27.</b>
<b>De templo Iouis feretrij, Iouis custodis, Veiuois, de curia calabra, de ædibus Romuli, de senaculo, atq; Asylo</b>	<b>cap. 5</b>	<b>c. 29</b>
<b>De quibusdam templis, alijsq; locis capitolij, quæ ubi sunt hodie ignorantur</b>	<b>cap. 6</b>	<b>c. 30</b>
<b>De multis statuis, alijsq; ornamētis, quæ hodie extāt, et olim in capitolio fuere</b>	<b>cap. 7</b>	<b>c. 31</b>
<b>De Vico lugario, ac Tusco</b>	<b>cap. 8</b>	<b>c. 33</b>
<b>De uia noua, de domo tarquinij prisci, de templo, ac Luco uest.e, de Regia Numæ, de fornicibus Romuli, de quirini templo et de lupercali</b>	<b>cap. 9</b>	<b>c. 35</b>
<b>De foro romano, de carcere, de Marphorio de secre</b>		
<b>tario po.ro. de tēplo concordie</b>	<b>cap. 10</b>	<b>c. 37</b>
<b>De septimij fornice, de milliario aureo de æde saturni, de ærario</b>	<b>Cap. 11</b>	<b>c. 41</b>
<b>De templo Iouis statoris, de tarquinij domo de ro-</b>		

<i>Stris</i>	cap. 12.	c. 43
<i>De equo Domitiani, de lacu Curtio de cloaca Maxima</i>	cap. 13	c. 44
<i>De basilica Pauli Aemiliij, de templo Iulij Cesaris, castoris, ac pollucis, atq; Augusti deq; ponte calligule</i>	cap. 14	c. 45
<i>De templo Faustinae, de fornice Faustinae de tribunale Libonis, de templo Iani, de doliolis, ac de ceteris, quae in foro ro. essent</i>	cap. 15	c. 47
<i>De locis Comitij, sed imprimis de templo Romuli, de basilica portia, de domo Mœnij, de curia Hostilia</i>	cap. 16	c. 48
<i>De domo Cœsaris, de porticu Liuiæ, de templo pacis, de via sacra</i>	cap. 17	c. 49
<i>De ficu ruminali, de loco proprio comitij, de Græco=stasi, de templo concordiae, de senatu, de domo Faustuli, Catiline, scauri, ac de vulcani templo</i>	cap. 18	c. 50
<i>De Vespasiani fornice</i>	cap. 19	c. 53
<i>De colle palatino, de palatio, quod inerat, de domo Romuli, Tullij, Flacci</i>	cap. 20	c. 53
<i>De summa uelia de domo Val. publicolæ, de templo uitætoriæ, de penatibus, de orto de Tullij Hostilij domo, de loco palladij de templo cybelis</i>	cap. 21	c. 55
<i>De domo Augusti, de Apollinis templo, de bibliothecis antiquis, de fidei item templo de thermis palatinis, de uitiorie templo plurimisq; locis, quæ in palatino fuerunt.</i>	cap. 22	c. 56
<i>De Ces. Aug. et Nerue foro, atq; alijs.</i>	cap. 23	c. 57

- De foro Traiani cum omnibus, quæ in eo effent, de  
sepulcro publicij, de domo coriunorū cap. 24 c. 59  
De bustis Gallicis, de uico scelerato de Tigillo foro=  
rio de telluris tēplo, de Marci domo cap. 25 c. 68

L I B E R . III.

- De Auentino, de cliuo, qui ibi erat, de templo Iuno=  
nis Reginæ, de Hercule, de scalis Gemonijs. De tē=  
plo dianæ, de bonæ deæ de Hercule. De armilastro  
de thermis decij, Traiani, Varij, de fonte Fauni  
ac pici cap. 1 c. 62
- De thermis Antonini Caracalle, deg; alijs, quæ in  
Auentino fuere, & de aqueductu aquæ Clau=  
die cap. 2 c. 64
- De campo ubi est testaceum post Auentinum, deque  
omnibus, quæ in eo fuere. cap. 3 c. 66
- De templo Murtiæ, de fornicibus Horatij, de salinis,  
de templo uestæ, fortunæ uirilis, de foro pisca=  
rio cap. 4 c. 67
- De theatro Marcelli, de tēplo pietatis de carcere ple  
bis, de curia, ac porticu octauiae cap. 5 c. 68
- De foro olitorio, de templo Iani, de sacrario Numa,  
de templo Matutæ, Carmentæ, spei, de columna lā=  
etaria, de Argileto, de Equimelio, de Asy=  
lo cap. 6 c. 70
- De uelubro, de basilica sempronia, de foro boario,  
de fornice septimiana, de templo Iani quadrifor  
mis, de templo Herculis uictoris de ara ma=  
xima cap. 7 c. 72
- De templo fortunæ prosperæ, Matris Matute

- de fornicibus sterinijs , de templo pudicitie pa-  
 tritiae cap. 8 c.73  
 De circo max. de templo cōſi, ac Neptuni cap. 9 c.74  
 De multis , tēplis que in circo erāt, maximo, aut pro-  
 pe, ac de obelisco fracto cap. 10 c.76  
 De septizonio ſeueri, de constantini fornice de meta  
 ſudante cap. 11 c.76  
 De Amphitheatro Titi, de domo aurea Neronis, de  
 templo fortunæ ſcīæ, cap. 11 c.77  
 De templo Iſidis, quirini, Honoris, virtutis, de cælio  
 lo, de templo dianæ, de riuo Appio cap. 13 c.79  
 De monte Cælio, et de ſuarum rerum parte, utpote  
 de curia hostilia, de manſionibus albanis, de tem-  
 plo fauni, de hospitijs peregrinis de domo latera-  
 na, de constantini palatio cap. 14 c.80  
 De templo ueneris, cupidinis, de amphitheatro ſtati-  
 lij tauri, de palatio fesoriā, de Aqueductibus  
 aquæ Claudiæ, de antene noua cap. 13 c.90  
 De plerisq; locis Cælij montis, qui hodie ubiſuerint,  
 ignorantur cap. 12 c.85

#### L I B E R . IIII.

- De Exquilijs, particulatim uero de Carinis, eiusque  
 locis, ut de thermis, de palatio Titi, de curia uete-  
 ri, nonnullisq; alijs locis antiquis, que antea fue-  
 re, hodieq; uiſuntur cap. 1 c.85  
 De clio ſuburrano, de clio urbico, de domo ſeruij,  
 Tulli, de basilica ſeſemini, de arcu de Macello Li-  
 uiando cap. 2 c.96  
 De tropheis Marij, de domo Acliorum, de tabernu-

- la, de palatio thermarū Gordiani, de basilica Caſſij, ac Lucij, de palatio Liciano. cap. 3 c. 89  
 De tarquinij aggeribus, de Turri, atq; hortis Mae-  
 cenatis, de cāpo Exquino, de puticulis, de ceteris  
 buius collis locis cap. 4 c. 90  
 De aquæductibus aque Martiæ, de Tepula, de Iulia,  
 de Aniene ueteri. cap. 5 c. 91  
 De colle uiminali, de balneis Agrippinæ, de thermis  
 Nouatij, de olympiade, de Diocletiano; de domo  
 Caſſij Aquilij, de campo uiminali cap. 6 c. 93  
 De suburra, de uico patricio, de valle quirinali, deg;  
 ijs, que in ea effent locis cap. 7 c. 95  
 De quirinali, et de ijs que in eo erant, ut de balneis  
 Pauli Aemilij, de constantini thermis, de solis tē=   
 plo, de domo, ac uico corneliorum de templis fa=   
 turni, ac Bacchi cap. 8 c. 96  
 De alta semita, de domo Attici de templo quirini, de  
 domo flauorum, de Apollinis et clatre monte.  
 de capitolio ueteri, de circo ac tēplo floræ, de ci=   
 uo publicio de alio quirini templo; de Vico Ma=   
 murre. cap. 9 c. 97  
 De foro, domo, hortisq; satustij, de campo scelerato,  
 de pila Tyburtina, de domo Martialis, deg; alijs  
 locis quirinalis cap. 10 c. 99  
 De colle hortulorū. et de ijs, que aut antea, aut hoc  
 tempore sunt cap. 11 c. 100  
 De campo Martio, de valle Martia, de Naumachia  
 Domitiani, de Mausoleo Augusti, de duobus obe=   
 liscis campi Martij. cap. 12 c. 101

- De arcu domitianis, de templo Iunonis Lucinae, de obelisco, de horologio capi Martij cap. 13 c. 103  
 De columna Antonini pīj, ac de suo porticu, de monte Acitorio cap. 14 c. 104  
 De villa publica, de septis, de templo Nervae, Neptuni, de amphitheatro Claudij Imp. ca. 15 c. 104  
 De aqua uirgine, de templo ac lacu Iuturnae, de pie-  
tatis templo cap. 15 c. 105  
 De uia lata, de templo Isidis, de foro suario, de arcu  
Camilii, de templo Mineruae cap. 17 c. 107  
 De pātheo, flue de sāta Maria Ro. cap. 18 c. 108  
 De thermis Agrippinæ, de templo boni euētus de ther-  
mis Nerōis, Alexā. atq; Adrianū. cap. 19. c. 109  
 De circo quem Agonem uocamus, de Neptuni tem-  
plo cap. 20. c. 110  
 De ara Plutonis, de terento, de caprea palude, de q̄  
alijs campi martij locis, cap. 21 c. 112  
 De templo bellone, de colūna Bellica de templo Apol-  
linis, Martis, Iunonis. cap. 22 c. 112  
 De circo Flaminio, de templo uulcani, Neptuni Her-  
culis custodis, Herculisq; ac Musarum, &c de re-  
liquis, que in eo circo fuere cap. 23 c. 113  
 De theatro M. scauri, curionis. Cn. Pompeij ac Bal-  
bir cap. 24 c. 114  
 De Curia, ac porticu pompeij, de porticu octauij, de  
campo flore cap. 25 c. 116

## L I B E R . V.

- De Tyberi cap. 1 c. 117  
 De pōtibus Tyberis, primū. de subilio cap. 2 118

- De ponte D. Marie cap. 3 c. 119  
 De insula tyberis cum omnibus, quæ in ea fuere, de  
 duobus pontibus, quibus ea cum urbe ac trans tybe  
 rina regione coniungitur cap. 4 c. 119  
 De ponte sexto, de triumphali, de pōte castelli, de pōtē  
 te molli cap. 5 c. 122  
 De trans tyberi, de templo Rauennatum, de sepul  
 cro Numæ cap. 6 c. 122  
 De hortis, de Naumachia. C. Cæsaris, de aqua Alsceti  
 na cap. 7 c. 122  
 De thermis seueri, Aureliani, de pratis Mutijs, deg  
 ceteris antiquis locis, ac recentioribus, qui uel fue  
 re, uel bodie sunt trās tyberim cap. 8 c. 123  
 De colle uaticani, de circo, de Naumachia Neronis,  
 de obelisco Vaticani cap. 9 c. 124  
 De templo Apollinis, ac Martis, de templo D. petri,  
 deg opibus antiquis, quæ in eo loco uisuntur, quæ  
 uulgo Beluedere appellant. cap. 10 c. 125  
 De sepulcro Adriani, de hospitali Sancti spiritus in  
 sassia cap. 11 c. 126  
 De aqua sabatina, de Scipionis sepulcro, de pratis  
 Quintijs. cap. 12 c. 127  
 De XIIII urbis regiōibus, & cuinā earum IX. aqua  
 in urbē inductæ seruirent cap. 13 c. 128

**FINIS.**

DE ANTIQVITATI  
TIBVS VRBIS ROMAE.  
LIBER PRIMVS.

Romulum Romanum condidisse, ex ab eo nomen acccepisse.

Cap. I.



Vm uarie de Vrbis Romæ nomine, atq; origine sentetiae sint disputatione, illa proxime ad ueritatem accedere uidetur, qua proditum est a Romulo Martis, ac Sylviæ Vestalis filio originem, nomenq; inuentum fuisse. Varro author est habitatorum inopia Vrbis imaginē, uerius quam iuste urbis similitudinem habuisse. ferunt Sylviā, siue quis Iliam malit appellare, siue à Marte, siue à loci genio, siue ab aliquo homine compressam, geninum partum edidisse: ex pueris uero alteri Romulum, alteri Remum nomen inditum. ij statim Amulij auunculi iussu ad profluentem Tyberis aquā expositi traduntur: Fama est foetam Lupam infanticum uagitu commotam, illō cursu flexisse. eaq; pueros usos pro nutrice fuisse. quod cum à Faustulo Regio pastore fortuitu eisset deprehēsum, Lupa clamore perterrita, pueros sublatos, atque Accē Laurentie educandos traditos ferunt. Cum primum ue-

A

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

etas adoleuit, nec à maioriū uirtute abhorreuerat,  
ubi Nunitorem patrum ui Amulij fratrī regno  
pulsum cognoscunt, globo pastorum comparato, Al  
bæ Amulium oppressum obtrūcant, Regnumq; Nu-  
mitori atque uniuersam rem albanam permittunt.  
Cumq; hos cupido cœpisset urbis condendæ, optimis  
fore compererunt, si his in locis, in quibus educati  
fuerant, urbem condidissent. Postea cum inter fra-  
tres non planè conueniret quo loco urbs designari  
deberet (tametsi id accidisse nonnulli tradiderunt ob  
nomen urbi imponendum) ex composito templo ad  
inaugurandum capiunt, priori Remo Augurium ue-  
nisce fertur in Auentino, Vultures sex. Romulo. xij.  
in Palatino. Orta rursus contentionē, quod alter  
tempus, alter numerum aiuum afferebat, ex altera-  
catione ad arma cædemq; se se conuertere. Tum Re-  
mus, Saucio Faustulo, ictus cecidit. Ita solus rerum  
potitus Romulus tanti imperij conditor, de suo no-  
mine urbem appellauit. In huius autem imperij in-  
cremento uirtus, fortunaq; inter se se contendere  
uisæ sunt. Annum quippe agebat Romulus. XVIII.  
cum Romam conderet, eius autem fundamenta ia-  
cta constat, tradente Felino. XI. Cal. Maias: post ca-  
ptam Troiam ann. CCCCXXX III. tum fermè  
cum Babylonis opes imminutæ, inclinare cœpissent.  
Quadratam principio posuit, ita ut habitantium nu-  
merum ambitus excederet. tunc enim (si Dionysio  
credimus) tria peditum millia, equites ad. CCC. fue-  
re. domus circiter mille non amplius fuisse Plutara

Aliter quia nō  
ua martia urbis  
per suos bries trax-  
i verbo Remus.

chus est author. Centum Senatores crebat, qui urbē consulendae praesent. Iuuētutem manu, armisq; interim imperium tueri, et pro reliquis dimicare uoluit. ut uero rectius res cederent, priusquam Rex esset declaratus, autoritatem populo dedit Regis ex suo ipstus arbitrio diligendi, ubi cum statim summō omnium ordinum consensu Rex appellaretur, legem tulit, ne quis inaugurate regnum, alium ue magistratum peteret, qui mos deinceps Romæ usq; ad Ciceronis tempora in regibus creandis, in Consulatus præterea, ac præture petitiōe uiguit. Summa uirtute, ac robore, singulariq; prudentia, atq; bellicis in rebus, atq; in ciuibus administrādis Romulus fuit, nec mirum. hunc enim cum fratre ad Gabios in litoris disciplinisq; erudiendum missum nonnulli memorie prodidere, quod ad eorum nobilitatem maxi me pertinere uidebatur. Urbe iam moenibus septa animum adiecit ad illam institutis legibusq; corroborandam. Iccirco aduocata concione, de concordia, quam tueri deberent, apte satis, cōmodeq; differuit, fieri ita posse, ut à paucis innumerabiles superētur. mox leges sanxit illis temporibus accommodatas, quarum sententiam tunc precipue afferemus, ubi euentum fuerit, ut de ijs sit exponendum, quae in Capitolio fuissent. Illæ quidem tum à Numa, tum ab alijs in primisq; à Seruio Tullo mitigantur. leges profecto ipsæ, optima instituta, ac mores, præterea artes, que in hac ciuitate diu floruerunt, iustitia insuper, clementia, fidesq; in populos, quocum ope atq; auxi-

A ij

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

Uo ad tantam potētia, glorieq; amplitudinem peruenit, effecerunt, ut se Romanis libentissimis annis nationes dedissent. his proculdubio artibus ab omnibus gentibus singuli cum uirtute præstantes, cum excelsi inuictiq; semper habiti sunt, ut ipsam, omnium terrarum facile principem Romanam, illuſtrissimumq; orbis uniuersi monumentum fuisse nemmo ignoret. multa habuit nomina hæc florentissima urbs, quorum unum in uulgs exire non licet antiquorum religione, que nefas habuit illum nominare quamobrem Val. Soranum debitam pœnam, ob meritū profanæ uocis eo patefacto persoluisse ferunt. Hinc Angerona silentij dea ore clausa, facris institutis, colebatur.

*Ingenora silentij*

*Dea. celebatur. De gentibus, que cum locum coluere, ubi condita est Roma.*

Cap. II.

**P**rincipio quo loco Roma condita est, qui locus à mari Tyrrheno millia passuum. XV. abest, pastorum, qui per ea loca pastu pecudum uitā propagabant, tuguria fuere. Primi omnium sicuti eam regionem tenuere, iij postea ab Aboriginibus, cū ante Patriæ finibus electi essent, Oenostroq; Lycaonis filio duce domicilio sedem quererent, pulsi sunt. Cum his se Pelasgi, & pleriq; ex Thessalia coniunxere, qui domo profugi, huc illucq; incerti uagabantur, atq; in bellis, quæ cum finitimis gesserunt, auxilio fuere. Sed usq; ad Troianū belli tempora uno oī-

ne s non nō Aborigenes appellati sunt. ferūt his Se-  
turnum fuisse Regem, Cretaq; pulsū à Gioue fi-  
lio, a Iano in partem regni ob usum agri colendi si-  
bi monstratū, receptum, Ianoq; mortuo, regnum so-  
lum adeptum. Tradunt præterea Euandrum ex Ar-  
tadia profectum ann. LX. ante captam Troiam cū  
ingēti manu sedem querentē, ubi Roma postea fuit,  
constitisse, atq; à Fauno Aboriginum Rege hilare  
acceptum, in Palatino arcem posuisse, & à Pallan-  
teo Arcadiæ urbe montem nominasse. aiunt uel ab  
Euandro ipso, uel à Carmenta eius matre pruden-  
tissima foeminarum latinas literarum notas, quibus  
reliquo tempore usi sunt, accepisse. huc Hercules cū  
appulisset, suauissime ab Euandro acceptū constat;  
quo decadente, plurimi & græcorum, qui eum sequuti-  
erāt, illic placuit residere, atq; in eo colle subsistere,  
qui Saturnius antea dicebatur. Sequenti uero tem-  
pore Latino Fauni filio regnum obtinente, Aeneas  
in Italiam uenit. Tyberimq; ingressus, cum Latina  
födere, et societate inita, Lauinia in matrimonio ha-  
bita, ut sibi illorum populorum animos conciliaret,  
Aborigines, Troianosq; Latinos omnes appellauit,  
profligato uero Turno Rutulorum Rege, mortuoq;  
Latino, Aeneas in socii regnum successit. sed is cū  
aduersus Mezētium Tuscorum Regē bellum gere-  
ret, quarto anno sui regni uita excessit, Ascanio filio  
superstite, qui postea & regno, Lauiniuq; nouerca  
tradito, Albam condidit, ubi eorum posteriusq; ad  
Romulū ad. CCCC, annos regnarunt.

A ij

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
De urbe Romuli, deq; ipsius portis. Cap. III.

**E**xpositum est urbem Romuli quadrata forma  
fuisse. hec autem incipiebat à Sylua, que est in  
area Apollinis, et ad supercilium scalarū Caci, ubi  
Faustulo Tugurium fuit. à nonnullis existimatū est  
non plus Soli banc urbem cinxisse, quam Palatinū,  
et Capitolīū. Forum aut Romanū à T. Tatio additū.  
Quemadmodū uero ex primorum scriptorū senten-  
tia conjectura percipi pōt, ea et Palatinum collē, Ca-  
pitolinumq; continebat. Tradēte uero Cornelio Ta-  
cito initū huius urbis murus à carmentæ Saxo du-  
cebat, quæ ultima Capitoliū radix putabatur, et cū se  
ad occidentē, usq; ad uia extederet, quæ hodie nō ma-  
gno interuallo à Tyberi distat, ad ultimā circi Maxi-  
mi partē, ubi Ara Cōstī fuisse dicitur, p̄tinebat. Hinc  
ab alia parte sese flectens ad orientem æstiū, cumq;  
Paulū à Titi Amphitheatro procederet, rursum se  
ad septentriones ad usq; forū Neruae, quod et ipsum  
cōtinebatur, inflectebat. deniq; paruo tractu se detor-  
quēs, alteri Capitoliū parti, quā cum Palatino cōpre-  
henderet, respondebat. Scribit Liuius Palatinū à Ro-  
mulo primum, in quo ipse erat educatus, esse munitū  
quo nihil uidetur aliud indicasse, nisi quod Palatino  
primum munito, Vrbem, quæ multo plus cōplete-  
retur, ædificauit. Compertum enim est Carmenta-  
lem portam ad Capitoliū radices fuisse: quam tamen  
omnes in noua urbe à Romulo constructā fuisse con-  
sentiūt. Id uel hinc colligi facile potest, quod Liuius

ā mentionē habeat à quibus, qui uè tēpestate Roma  
aucta sit, nibil omnino de Capitolio meminit, quippe  
qui locus prima esset edificatione Rcmuli cōtētus.  
Is quidē Romulus principio auspicato Romā condī-  
dit, fulco ducto uomere ex ēre facto. aratrū duo-  
bus bobus mare et foemina, hac interius, illo exteri-  
us acto trahebatur, qbus ubi primū usus fuit, ambos  
palikibus immolauit, qui dies pali & p̄storū dē  
statis, solennibusq; c̄erimonijs natalijsq; urbis sacer  
sanctissime colebatur. Ideo statum est ne qua hostia  
mactaretur, ut latissimus dies, & in primis saluta-  
ris sanguine uacaret. tres portas habuit urbs, aut  
ut quidam tradidere, quatuor. Prima sub Capitolio  
inter rupem Tarpeiam, atque Tyberim ad circum-  
flaminū à Carmenta Carmentalis nuncupata. Cuius  
quidē Carmētæ, autore Solino infima Capitolijs mon-  
tis pars habitaculum fuit. addit Solinus ad banc por-  
tam ipsius Carmentæ nunc esse fanum: scelerata po-  
stea dicta est ab. cccyi. fabijs, qui cum eorum clienti-  
bus per eam exiſſent, omnes ad unum ad Cremerā  
sunt Concisi, quare malo augurio ascribi, solitum  
est, si quis per illam exiſſet. propterea in Fano Se-  
natū haberi post illud factū, religiosum fuit, quod  
in eo conuenerint cum de Fabiorum profectione tā  
infæliciter decretum est, Sex. Pompeius scribit adē  
Fani tunc extra banc portam fuisse prope theatrum  
Marcelli, Secunda urbis portæ, quasi semper rebus  
in eam comportandis pateret, Pandana est appellata.  
bac iter erat ad Asylum in templo perfugio stan-

A iij

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

tutum, fontes excipiebatur, quare libera esse à quā  
busdam dicta uidetur, nempe quod liber per eam adē  
tus, exitusq; foret, Saturniam. M. Varro uocat, cūn  
afferat portam, cui postea Pandana nomen fuisse,  
primo Saturniam ab urbe Saturnia ibi antea ædifi  
cata, nuncupatam, Hæc porta erat in uelabro. Ter  
tia ad Titi Amphitheatrū fuisse perhibetur. Sabiu  
ni Romanā potissimum dixerunt. quod peream rectā  
Remam iter esset. Mugoniam nonnulli à boum mū  
gitu, qui per ipsam in urbem ducebantur, dici malue  
re. quidam à tribus angulis, quos prope palatini mō  
ris radices faceret, trigoniam nominarunt. Quartā  
Janus de suo nomine Janualem dixit. hanc Macro  
bius ad radices Viminalis collis locat, ex his portis  
duas, tametsi in Urbis magnitudine atq; incremen  
to rebus auctis nullo usui fuisse, minusq; usurparen  
tur, neq; portarum instar haberent, ne Regum qui  
dem temporibus, nihilominus perdiu, Carmentalis  
pesertim, sua nomina retinuere. M. Varro affirmat  
Mugoniam, de qua pauloante erat mentio, et simul  
Romanulam, quā ponit, unde ad Tyberis portū de  
scenditur prope Volupiae Fanum, palatiū, aut Satur  
nie urbis portas fuisse.

De Mœnibus, uarioq; Romæ antiquæ circuitu.

Cap. IIII.

**R**oma, sicut iam ut antea expositum, Palatinū,  
Capitolinumq; tantum occupauit antiquitus

## LIBER PRIMVS.

5

quamuis Romuli ipsius tempestate post Sabinos  
 etos, ob gentium innumerabilium multitudinem, quae  
 in urbem confluentes, accipiebantur, factum est ut Ro-  
 mani autore Liuio paulatim nova loca occuparent,  
 munirentque quod longe maiorem, quam esset eo tem-  
 pore, populum futurum animaduerterent, Quam-  
 obrem, ut scribit Dionysius, Romulus, Tatiusque usque  
 adeo urbis fines propagarunt, ut illi longius exten-  
 sum quadam etiam Caelij, Quirinalisque parte, termi-  
 narent. hanc partem a Traiano ob ipsius forum con-  
 struendu solo aequatam accepimus, Tullus Hostilius  
 post Albam dirutam, illumque populum in urbem uo-  
 catum, Caelium montem adiunxit, et ad exquiliias usque  
 peruenit. Ancus Martius deinde capto Politorio, po-  
 puloque in urbem accito, in Auentino, tradente Dio-  
 nysio sedem dedit, Tunc in Tyberi sublicius pons fa-  
 ctus est: huius est planioribus locis urbis fossa in-  
 gens Quiritium maximum munimentum est opus.  
 fossa Quiritium appellata, quod ab ipsorum est Ro-  
 manorum manibus facta. Seruus Tullus post id tem-  
 pus descriptionem Tarquinij Prisci prosecuturus,  
 qui in animo habebat totam urbē moenibus cingere,  
 totum Exquelinum, Quirinalem, Viminalemque urbi  
 addidit, cemento autem ex calce muris nulla arte  
 edificatis. Tarquinus superbus omnium primus mu-  
 ros fabricari opere marmoreo diligentius atque ele-  
 gantius instituit. Hactenus urbs sub regibus creuit;  
 tamen si extra muros etiam habitaretur, aufficibus pa-  
 libentibus ne longius urbs extenderetur, nam cum ad

et casivaria  
 incipit  
 finit et  
 alia gressio  
 # finit et  
 multa fecit  
 Bartv. 1.

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

pontem milium mœnibus longius quam ad Quirinalem non progrederentur. Campo etiam Martio extra mœnia posito, uetuere Aruspices, cū intra urbem neq; concionem, neq; delectum ullum baberi religio esset. Quare. M. Tullio autore uel ipsius tempore urbi campum Martium includere cogitabant et huius loco Cāpo uti Vaticano: hoc pacto ne Auentinus quidem intra Pomæriū fuisse multis antiquorum monumentis compertum est: hoc argumēto inter cetera, quod Remus cum bunc montem augurio cepisset, minus prospere cessit, neq; Tullum, aut Syllam, Cæsarcmūc, à quibus est pomærium ab urbe delatum, cum montem intra mœnia includi uoluisse, quamvis, ut est nonnullorum opinio, a Claudio imperatore receptus est, certum est, ut superius est narratum, Auentinum, qui duorum millium passuum circuitum cōtinet, ab Anco Martio muro septū fuisse, ut Politorienses ab hostium iniurijs, excursionibusq; tutos redderet, neq; iccirco Pomærium admisisse. Accedit quod ne totus quidem colebatur: immo usq; ad M. Valerium. ex Sp. Virginium Coss. syluis fuisse densissimum apparet. Vrbis circuitus Regum temporibus angustior multo fuit, quam bac tempestate. videmus. nam Tarquinij aggeres, qui tunc à Collina porta ad Exquelinam ex sententia Strabonis per sex Stadia extendebātur, hoc tempore multum ab ipsis differre, distareq; uidentur. Consulū aetate Roma ex se in dies magis augente ciuium numero, imperioq; crescente, consentaneum est urbis quoq;

ue in se aix. et  
in facunat.

circitum dilatum, muri in collum iugis, locisq;  
editionibus ad maiorem securitatem ductis, id aut, ut  
Strabo putat necesse videbatur, ne hostes occupatis  
collibus, castellis, alijsq; operibus factis de ipsis iacen-  
ti Ciuitati offensionem, detrimentumq; afferre pos-  
sent. Itaq; idem autor est necessitate magis, quam ele-  
ctione conditam esse urbem; a quo uero, aut quādo,  
non constat, coniūci tamen potest quicquid hodie est  
spacijs à Capena porta usq; Collinā cum omnibus col-  
libus, et uallibus, que in medio sunt usque ad Claudiū  
Imp. templū tunc intra urbem fuisse. Claudio qui-  
dem Auētinum, ut hodie etiam uidemus translata ex  
eo ubi erat loco, Tergemina porta, ad eū ubi est, cū  
aliōi esset, ut dicetur, inclusit. Verum toties incensa,  
atque euersa à barbaris fuit, tum instaurata, prae-  
terea toties aucta, atq; in arctum rursus astricta, ut  
difficillimum sit ueram, certamq; formam elicere.  
Ferunt quidam antiquam Romā. DCXXXXXIII.  
turres, propugnacula prope infinita habuisse. hodie  
CCCLXVI. tantum esse. Tradidit Plinius. xiiij, mil-  
lium pass. Romæ circuitum suo tempore fuisse, addi-  
to quinto. Aurelianum uero Vopiscus ait adeo au-  
xiisse, ut quinquaginta millium passuum circuitum co-  
tineret, quod quidem mirum uidetur. quare pleriq;  
sentētia cuiusdam iurisconsulti adducti, Romam etiā  
ipsos uicos complecti putarunt, ut cum quis Romā  
diceret, una etiam uicos comprehenderet. Ipsos au-  
tem uicos adeo fuisse latos dicunt, ut quicquid spatij  
esset ab Oriculo ponte Romam uersus habitatori-

# DE ANTIQ. VRBIS ROME

bus frequentissimū fuerit, argumento est, quod bo-  
spites cum ad eum locum peruenissent, tunc iam se ur-  
bem ingressos existimabant. Id accidit Constantino  
imperatori, qui cum Romā proficiseretur, et plus  
etiam itineris in uicis adhuc procul ab urbe uersan-  
ti supereret, quam cōfecisset, ubi Romanum effet fo-  
rum rogauit. mox portam ingrediens homo pusilla  
statura, an serum more caput demisit, quod factum  
repente risus est consecutus. sed quomodo id de uicis  
intelligamus, cum Vopiscus praeципue dicat Aurelia-  
num moenia urbis quinquaginta millia passuum di-  
lataſſe: num contra Pliniū autoritatem: minime qui-  
dem. Plinius. CC. annorum etate Aurelianum ante-  
cessit. sed permirum omnino uidetur. opus igitur est  
fateri, si Vopisco fides est adhibenda, ab Aureliano  
id totū, qua parte est porta populi, ad primam usq;  
ſicut hodie appellant, portam, que millib. passuum  
octo abest ab urbe Roma inclusam. et tantūdem ſpa-  
tij à diui Sebastiani porta deflectens, ad hanc pro-  
portionem ſeſe ad reliqua circumoccupando contu-  
lisse. Sed ut ante exposui, habet hæc res admiratio-  
nem. nec obſtat quod Aristides scripsit Romā à Ty-  
beri usq; ad mare frequentissime habitatam. Evidē  
Villas potius existimarem crebras, celeberrimasq;  
fuisse. Suetorius menunit Neroni in animo fuisse mæ-  
nia ad Hostiam usque extendere, inde uero ad usq; ſe-  
ptem colles mare perducere. In huius ruinis Arca-  
dius, et Honorius quasi misericordia permoti ma-  
gna ex parte ipsam instaurarunt, ut ex marmore Ti-

# LIBER PRIMVS,

Bartino, quod in porta ripe positum est, cognosci adhuc potest. Pontificum preterea operae sepe est resarcita, in quibus fuit Adrianus primus, et Leo quartus. Is in mæribus Turres. XV. aliaq; propugnacula facienda curauit. Itaq; in Tyberis ripa ad hanc usq; diem turris ad portam ripe, quā idem erexit uisitetur. alia ē regione istius non dissimilis sub Auentino in altera fluminis ripa conspicitur, ideo cōfructa, ne in urbem barbari irruentes, rapinis ipsam ut ante prædaq; infestarent. Accepimus preterea à Belisario moenia resecta, que adhuc ex lateritio facta uidentur, cum prisca ex quadratis lapidibus confecta essent. Quamobrem quis non uideat crebras, murorum mutationes? Cassiodorus tradit populum Ro. muris urbis partim uetusstate collapsis, partim à barbaris deiectis, Theodorum Gothorū regem, cum Romæ, et toti ferè Italia imperaret, rogasse, ut marmora Amphiteatri dissipata, ac iacentia, sibi ad muros instaurandos concederet, facileq; obtinuisse. Idem fortasse de plurimarum urbis portarum mutationib; afferri posset, hoc tempore Roma, si quis querat. xij. milibus passuum circuitu continetur.

De pomærio.

Cap. V.

**D**E Pomærio quoniam superius facta mentio est, illud admonendum uidetur, nihil esse aliud quam locum circa moenia tam intrinsecus, quam extrinsecus in condendis urbibus relictum, quem Hetrus-

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

Jci qua parte murus effet ducendus inaugurate con-  
secrabant. Id spatijs neq; arari, neq; habitari fas erat,  
et quamuis à plerisq; effet amplificatum, dilatarita  
men aut mutari non licebat. Idq; hac inscriptione co-  
gnoscitur. COLLEGIVM AVGVVRVM AV-  
CTORE IMP. CAESARE DIVI TRAI-  
NI PARTHICI F. DIVI NERVAE NE-  
POTE. TRAIANO. HADRIANO AVG.  
PONT. MAX. TRIB. POT. V. COS. III. PRO  
COS. TERMINOS POMOERII RESTI-  
TVEENDOS CVRAVIT. A SEX. Tullio  
amplificatū est, neq; ante Syllam, à quo longius exte-  
sum est, mutatum deprehenditur. hunc imitatus est  
filius, Cæsar ut in ænea tabula ad diuum Ioannem  
lateranum conficitur in banc sententiam. VTI =  
QVE EI FINES POMOERII PROFERRE  
PROMOVERE CVM EX REP. CENSE-  
BIT ESSE LICEAT, ITA VTI LICVIT  
TI. CLAVDIO CAESARI AVG. GERMA-  
NIC O. in alio marmore Ad Diuæ Lucie Idem sed  
planius apparet. TI. CLAVDIVS DRVS I F.  
CAESAR AVG. GERMANICVS PONT.  
MAX. TRIB. POT. VIII. IMP. XVI. COS.  
III. CENSOR. P.P. AVCTIS POPVLI  
ROMANI FINIBVS POMOERIVM  
AMPLIAVIT. TERMINAVITQ. Id ambi-  
tione magis quām necessitate adducti, quasi ab ihs po-  
mœrium ampliari posset, à quibus imperium exten-  
deretur, faciebant. quod Aurelianus fecitus est.

## LIBER PRIMVS.

De portis urbis ex ijs in uniuersali. Cap. VI.

**I**N uarietate urbis ampliandæ, atq; contrahendæ  
ex portis nonnullæ sunt exclusæ, unde etiam nomi-  
na amiseræ, pleræq; aliò translatæ retinuere. nō pos-  
ca aliud accepere: Plinius. XXXVI. fuisse conuic-  
merat, quamvis corruptus locus existimetur, et  
XXXIII. legendum putent. hodie ad. XX. sunt, se-  
cas, quæ transfyberim, atq; in Vaticano sunt, nume-  
remus. horum nomina hec esse dicunt.

Porta flumentana, hodie populi cum nominib[us] uia-  
rum, que ab ipsis egrediuntur, uia Flaminia.

Collatina sive Pinciana. uia Collatina.

Collina aut Sallaria et Quirinalis, et Agonalis, sed  
uia Salaria, Viminalis aut Numentana, Hodie diuina  
Agnetis, uia Numentana. Querquetulana.

Exqmilia uel Taurina, hodie diuini Laurentij, uia  
Tiburtina et Prenestina.

Nevia, sive maior, Labicana, et Prenestina.

Celimontana sive diuini Ioannis. uia Campana.

Gabina. uia Gabina.

Latina porta et uia.

Capena hodie diuini Sebastiani. uia Appia.

Trigemina, hodie diuini Pauli. uia hostiensis.

Transfyberine tres sunt cum ijs suis.

Naualis, hoc tempore, ripæ, uia Parmensis.

Aurelia, nunc diuini Pancratij, uia Aurelia.

Septriniana, sive sub Fano, aut fontinalis. uia Iulia.

Triumphalis quoq; et porta et uia perhibentur.

¶ DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

feruntq; in Vaticano scx fuisse, de quibus mox agen-  
dum sit. Quæ sunt ex his uetus state antiquissime ex  
quadratis lapidibus veteri more factæ, stare conspi-  
ciuntur, huiusmodi q; fuisse urbis mœnia Liuius au-  
tor est. Ad quamlibet harum portarū uehicula pre-  
cio expeditissima presto erant. Ex ijs ab his portis  
ex eūtib; tamet si multæ in urbe, nonnullæ extra ini-  
tium ducerent, quædam Consulares erant, sicut Au-  
relia, ac Fluminia, quædam Censoriæ, ut Appia, alias  
prætoriæ, aliæ triumphales, ab hominum dignitate  
nomen sortitæ. Strabo scriptum reliquit Romanos  
in ijs curādis colles excelsos demoliri, uallesq; alias  
materia implere solitos. C. Gracchus scribente Plu-  
tarcho publicas uias partim direxit, struitq; par-  
tim arenæ muniuit aggeribus, iniqua adæquans, et  
quantum ualles, torrentesq; abrumpebant, pontibus  
æquali altitudine, ac proclivitate cōiungens, pulcher  
rimam operis speciem ostendit. de meno præterea (ne  
à Plutarcho aberremus) uiarū spatio, singulis qui-  
busq; milliarijs columnas lapideas spatiij signa præ-  
monstrantes constituit. alios insuper eodem referente  
lapides parum inter se distâtes ex utraq; uiarū parte  
disposuit, ut ex illis facile, et sine saltu in equos esset  
ascensus: sed de portis, ac ijs singillatim dicamus.

De porta populi, uiaq; Flaminia.

Cap. VII.

Fumentana quidem porta non fuit, ubi nunc ea  
est, quam populi portam vulgo appellant. nam  
ut antea

at antea est dictum, Campum Martium, qui in urbe  
nunc est, extra urbem fuisse manifestum est, eam sic  
dixere, ex Sex. Pompei sententia, quod eam aliquan-  
do Tyberis perflueret. nec multum à ripa, ac Sixti  
ponte, è muri regione, qui constructus ab Anco Mar-  
tio fuerat, Ianiculo intra urbem recepto, fuisse su-  
spicor. Extra hanc portam, quā in Capitolium, lucus  
fuit pitilinus, unde Capitolii Luius autore, uideri nō  
poterat. Hæc à Claudio ubi nūc est, trāslata putatur,  
à quo in ea pte amplificatū est pomæriū, flaminiaq;  
est à flaminia uia uocata. Hodie populi nomen habet.  
a fano Diuæ Marie, quod eadē appellatione nūcupa-  
rūt. Ad hortorū radices est Neronisq; sepulchrū.  
Quidā fornicē triumphalē fuisse priusquā uetus Flu-  
mentana traduceretur, crediderunt. Belisariumq; fu-  
per illis fundamentis uetustissimis mænia, quæ ab hu-  
ius portæ dextra, atque à sinistra sunt, extruxisse.  
Flaminia igitur à Flaminio Cos. à quo post Ligurū  
uictoriā strata est, ex hac porta exire putatur. bu-  
iu s olim initium ad uiam latam, quæ ad Capitolium  
ducebat, per Nernienses Spoletinos, Fulignates, Fan-  
nenses, Pisaurenses & Ariminum usq; protenditur.  
Aemilia uero, quam Strauit Aemilius Lepidus Fla-  
minij Collega ab Arimino procedens, Bononiam at-  
tingit. Cōstat tamen de alia Flaminia à Scapro stra-  
ta, qua ab Pisis ad uada Sabatia iter fuit. Scribit. n.  
Suetonius, quo facilius urbs adiretur, Augustum de-  
sumptam sibi Flaminiam uiam, Arimino tenus mu-  
nisse, reliquas triumphalibus uiris ex manubiali pe-

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
cunia sternēdas distribuissē. per hanc uiam nono ab  
urbe lapide Cæsarum erat uilla, cognomento ad gal-  
linas, huius autem nominis rationē reddit, ait enim  
Liuie Drusille, quæ postea Augusta matrimonij no-  
men accepit, Cum pacta esset illa Cæsari, Gallinam  
conspicui candoris sedenti Aquilam ex alto abiēsse  
in gremium illasam, intrepideq; mirati, accepisse mī-  
raculum, quoniā teneret rostro laureum ramū onus-  
stum suis baccis, cōseruari alitem aruspices uoluissē,  
ramumq; eum serī, ac rite custodiri, unde mire syl-  
ua prouenit, ex ea triumphantem postea Cæsarē lau-  
rum in manu tenuisse, coronamq; capite gefisse, ac  
deinde Imperatores Cæsares cunctos. ex ea Gallina  
natum prouerbium est, Gallinæ albæ quempiam esse  
filium. Extra hanc portam via Claudia teste Ovidio  
fuit, que flaminie iungebatur. Via insuper Cassia  
sic à Cassio dicta, quod ille strauisset. Hæc Sutrium,  
uetrallam, ut bodie uocant, Viterbum, atque in  
eum agrum quem Bolsenæ hac ætate nominant, du-  
cebat. Secundo ab urbe lapide in Flaminia pons est,  
mollem bodie dicunt, de quo, cum alijs qui in Tyber-  
i sunt, suo loco dicemus.

De Pinciana Porta, & de Collatina. Cap. VIII.

Collatia Sabinorum ciuitas collatinæ porte,  
que est in propinquo colle, nomen dedit. que  
urbs quoniam huic portæ occurret, effecit ut uni-  
uersus ager ille Romanus Collatiae nomine dicere-

tur. Fuit autem Collatia Tarquinij Collatini patria Lucretie pulcherrime, prestantissimeq; foemine mariti, sic à collatis in eam urbem finitimorum opibus appellatam: scribit Sex. Pompeius. Hodie, multisq; ab hinc annis Pincianam ab ædium regiarū magnificientia Pincini senatoris, uocant. Harum autem ædium lapides nobilissimos à Theodorico Gotborū rege Rauenam alij edificijs ornandis inuestos acceptimus. Belisarium autem muros à barbaris dictos ex utraq; huius portæ latere instaurasse superius est expositum.

Via uero ab hac porta initium ducens hodie, Collatina, quod Collatiam duceret, uocatur. Parum procedens cum Salaria iungitur. Ferunt longius sese aliquando extendisse, ut ad eum etiam locum (Frontino autore) perueniret, ubi aqua sicut appellant Virgo, colligebatur. Huius quidem aquæ etiam nunc aquæ ductuū profundissimorū uestigia appparēt. Per quæ sub Romā occulte testi Gothi olim irrepsero iuxta Pincianam portā, unde facillime urbē cepissent, nisi eorū insidie (Procopio teste) patefactæ fuissent.

De Porta, ex via Salaria.

Cap. IX.

**T**ertia Quirinalis ideo est appellata, uel quod ad Quirinalem collem duceret, uel à propinqua cella Quirini. Agonalis etiam est dicta, quonia cum Tyberis inundationibus Agonales ludi in Flaminio circa perfici non possent, per hanc portam

B ij

¶ DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
extra urbem ferricelebrariq; cum omni pompa ad  
Veneris Ericine mos erat. Collinam item ex Varru  
nis sententia a frequentibus collibus Quirinalis ua  
cant. Salarium preterea nominant, à sale, quod per  
eum Sabini in urbem comportarent. Galli senones p  
hanc in urbem irruisse, eamq; direptioni, atq; incen  
dijs mandasse dicuntur. Sic olim appellata uia est hinc  
initium dicens, quoniam nulla alia uia rectius in Sabi  
nos iretur. Numentana enim in hanc desinit ad Ere  
tum, quam Sabinoruū villam ad Tyberim positiā, Vo  
laterranus montem rotundum putat. In hac uia non  
procul ab urbe fanū erat Veneris Ericina, ubi Ago  
nalia Apollini, Tyberis ripas excedēte magna totius  
urbis celebritate faciebāt. Hoc templum Strabone te  
ste pulcherrimam habuit porticum, uotoq; positum  
à Fabio dictatore, postea à L. Portio dicatum est. Hu  
ius deae simulachrum Sulpitia Paternuli filia, Ful  
viaq; Flacci uxor, omnium foeminarum consensu ca  
stissima, atq; integerrima consecravit. Huic deae fi  
etas imagunculas, suaq; ludicra puellaria uirgines  
offerebant: eademq; à matronis, ut queq; optima pu  
taretur summa ueneratione, solenniūq; pompa, cum  
ferrubo colebatur. Augusto enim mense huic membra  
uirilis imaginem offerri mos erat. Et quamuis hoc  
meretricium uideri poterat, nulli tamen nisi castissi  
te preter ceteras insigni membrum attrectare lice  
bat, quod attrectatu, mox in Veneris gremium repo  
nebat. Hic Verticordiae Veneris statua fuisse putatur,  
Ideo sic appellata, quod foeminarum corda uerteret.

LIBER PRIMVS.  
et ab effrenata libidine reuocaret. Extra hanc portam honoris fuit templum, cuius edificandi illa postissimum causa fertur fuisse, quod eo in loco enealmina cum ijs notis. DOMINA HONORIS effodiendo reperta sit, Ab hac tribus mill. pass. Annibal castra posuit, ad Anienem: et proxime Herculis Panum accessit, ut urbem uexaret. Sed imoribus, ac grandine ter perterrefactus, pedem referens, urbem obsidione leuauit. Duobus miliarijs ab urbe in via Salaria pulcherrimum sepulcrum Liciniij Augusti Tōsoris ditissimi quidem hominis usitum, qui sicut militer pons salariæ nomine appellatus, à dextra hac habet inscriptionē. IMPERANTE DN. PISSIMO AC TRIVMPHALI SEMPER IVSTINIANO. PP. AVG. ANNI. XXXIX NARSES VIR GLORISSIMVS EXPRAEPOSITO SACRIPALATII. EX CONS. ATQVE PATRICIUS. POST VICTORIAM. GOTHICAM IPSIS ET EORVM REGIBVS CELERITATE MIRABILI CONFLICTV PVBLICO SVPERATIS ATE. PROSTRATIS LIBERTATE VRBIS ROME AC TOTIVS ITALIAE RESTITVT A PONTEM VIAE SALARIAEVSQ VE AD AQVAM ANEFANDIS SIMO TOTILA TIRANNO DESTRVCTVM PVRGATO FLVMINIS ALVEO IN MELIOR EM STATVM QVAM QVONDAM FVERAT RENOVAVIT. à Sinistra hoc Epigramma grandioribus notis legitur.

B ij

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
Quam bene curvati directa est semita pontis  
Atque interruptum continuatur iter  
Calcamus rapidas subiecti gurgitis undas  
Et libet irate cernere murmur aque  
Ite igitur faciles per gaudia uestra quirites  
Et Nar sim resonans plausus ubique canat.  
Qui potuit rigidas Goctorum subdere mentes  
Hic docuit durum flumina ferre iugum.

Anio ut strabo scribit ad tybur ortum habens, non  
admodum infra salarum pontem agrum sabinum à  
Romano dirimens, tyberi iungitur. In Aniene ferunt  
Iliam sepultam proxime Marij monumentum fuisse  
Cicero auctor est. ad Anienē Torquatus Gallū aureo  
torque detracto supauit. In huius alueo sybillæ tybur  
tinae libellum tenentis simulacrum repertum scri-  
bunt. Inter salariā uiam, atque tyberim lucus fuit,  
in quo sacra sunt instituta, quod in eo Gallorum tur-  
multū fugientes, absconditi, seruatiq; essent

De Porta diue Agnetis, et via Numentana Ca. X.

Viminalis Porta à uiminali colle nūcupata, ad  
cuius extremitatem posita est, superiori suc-  
cedit. alij uno nomine utrunq; à uicina uiminum Syl-  
ua, ubi postea Ioui uimineo Aræ dicatae sunt, appel-  
latū uolunt. Strabo tradit hanc in medijs Tarquinij  
aggeribus fuisse. Domitianam eandem, ex Numen-  
tanam, quod per eam ad sabinorum Nomentum  
iter esset, nonnulli dixere Figulinensem à figulinis,

ubi uasa confici solerent, sicut postea ad testatium montem facta perhibentur hodie, Agnetis nomen sortita est. Ad huius latus, extrinsecus ex more Nenae fuit olim templum quod eorum deorum templorum, quorum facultas nocendi esset, extra urbem decidarent. Icirco sic dicta putatur, quod in luctu lamentationibus, clamoribusq; inuocaretur

Numentana via eadem, & figulinensis Liuio autore binc initium capit, per hanc ad. II. lapidem ultra templum modico interuallo uetustissimum Bacchi templum extat spherica figura constructum, binis per ordinem columnis, quibus fornix sustinetur circunquaq; dispositis, emblemate, aut, ut hodie loquuntur, emblema, scilicet Museato opere, picturisq; perantiquis apparatiis numerum. Hic omnia Bacchi gesta in marmore expressa, antiquitate tamen semiconsumpta uidentur. Sepulcrum ex porphyrite uuam, uitesq; habes uisitare, Bacchi uulgo sepulturā appellant. Hoc templum Alexander. IIII. D. Constantiae uirgini magni Constantini filie dicauit. Quod in porta templi comprebendi potest, in eodem q; monumento uirginem conditam putant. Idem in uaticanum traduci Paulus PONT. II. ut eo conderetur, imperauit, sed illi interea morienti, parato sepulcro frui non lucuit. Fama est Constantiam uirginem cum lepra torqueretur, & D. Agnetis opera morbo in festissi. leuata esset, templum illi, & uirgines, seq; in primis consecrasse. Hodie etiam subterraneo loco, quo per multos gradus descenditur, D. Agnetis templum, marmoribus eleganter in-

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
structum, atq; ornatum, conspicitur. In huius festa  
celebritate Agnos duos uelleris candidissimi offerri  
mos est, ex quorum lana zonas texunt, quibus tan-  
quam ornamento pontificum creatorum utuntur,  
Ad Bacchi templum quædam maximi cuiusdam edi-  
ficij ruine prostratae cernuntur, hippodromum fuis-  
se pleriq; coniciunt. Hinc trium millium spacio in  
Aniene pons est Numentanus, uetus nomine retinens  
à Narsete Eunicho, quemadmodum & Salarius, fa-  
etus dicitur. Huius rei marmor arguento fuit, qđ  
ad memoriam facti prodendam incisum, alio abdu-  
ctum scimus. Per hanc uiam, salariamq; iij. ab urbe  
millario villa pulcherrima fuisse memoratur Fano  
ti Neronis liberti, quo cum se profugiens Nero re-  
cepisset, seipsum intererit.

### De Porta inter aggeres. et de querquetulana Ca. XI.

P ortam, quæ nunc post uiminalem interceptam,  
clausamq; uidemus, nonnulli inter aggeres no-  
minant, quonā cum in uiminali campo sit, quod bo-  
die uiuarium dicunt, contra tarquinij aggeres locata  
est. Ego quidem si huius apud quempiam ex scripto  
ribus mētio ulla reperiretur, magis adducerer ut cre-  
derem uiminalem eandem & quæ inter aggeres dici-  
tur, fuisse, precipue tum, cum, ut supra exposuimus  
in ipsis Tarquinij esset aggeribus, priusquā eo esset  
loco, quo nunc translatam uidemus. Tunc. n. sibi hoc  
precipue nomen congruebat. Non desunt, qui Plinijs

uerbis adducti hanc portam querquetulanam à pra-  
pinqua quercu fuisse maluit appellatam. Scribit au-  
tem Plinius. Fagutalem iouis ibi fuisse, ubi lucus fa-  
geus fuit, ac porta querquetulana colle in quem ui-  
mina petebantur, Viminalem profecto innuens.  
Quid quod nonnullorum fuit opinio querquetula-  
nam in cælio monte fuisse, autoritate Taciti freti,  
qui scriptum reliquit cælium montem querquetu-  
lanum nuncupatum. Sex. Pompeius testis est quer-  
quetulanas nymphas uocatas, quod quercento intra  
portam querquetulanam existenti præsiderent. Ex  
uetustissimis fundamentis appareat antiquæ Romæ  
mœnia, quæ hoc loco sunt ab Agnetis porta re-  
cta fere ad hanc clausam extendi. Hanc quidem  
clausam loco edito, ac præcipiti positam, tamen  
quoniam esset inaccessa, minus ab hominibus usur-  
patam, Clemens. VII. intus extraq; pœmærio pate-  
facto, purgatoq; frequentiorem reddidit, quod non  
hac tatum parte, uerum ad omnia etiam mœnia ob-  
propugnianda, defendendaq; urbis, si opus esset fa-  
cilitatem, ciuiumq; commoditatem curauit. Extra  
eandem portam æquata planities est quadrata for-  
ma, muroq; septa. Prisci uigilum arcem uocabant.  
Atiuntq; olim prætorianis Diocletiani militibus illic  
domicilia assignata. Scribit Procopius contra Viua-  
rium extra mœnia proxime urbem paruum quen-  
dā murū nec ab urbe satis remotum, non quidem ad  
uerbis tutelam ad iunctum est potius, quām uolupta-  
ti, eq.n. loco fere claudi cōsueverūt, unde uiuarij no-

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE.  
men habuit. Hoc uero tempore, qui fundos posse-  
stionesq; illic Possident maioris discrimine uiuario-  
lum appellant. huius Portæ interiori parte uiam quā  
dam maxime celebrem fuisse narrant, ad quam etiā  
num Triumphalis Gordiani cæsaris fornix extat.

De Porta D. Laurentij, ex de uia Tiburtina  
labicana, ac prænestina. Cap. XII.

Portæ clausæ Exquiline, ita, ueteribus dicta ab ex-  
quilino, uel campo, uel monte, ordine succedit.  
Taurinam à Tauri capite, quod hodie etiam in ip-  
sius frontispicio sculptū perdurat, nominatam scri-  
bunt. Hoc tempore D. Laurentij, ab ipsius templo,  
quod ad primum lapidem ab urbe egredienti occur-  
rit, uocatam nemo ignorat. Tiburtinam quidā agno-  
uere. Aliamq; longe ab exquiline tyburtinam putar-  
runt, quippe quæ inter istam, Neuiamq; esset, nullus  
tamē portæ hoc nomine mentio reperitur. Viam  
tantum Tyburtinam, qua Tybur concederent, quo  
eq; Nevia, atq; Tyburtina ducebat, nō inferiorē fuis-  
se. Ex hac Porta excedentibus circiter millia pass.  
ab urbe, ut superius posuimus D. Laurenti templum  
à Constantino magno uario, exquisitissimoq; mar-  
morum, & omnium lapidum genere, ac uarietate or-  
natissimum, mirabiliq; arte inauratum, præsto est.  
Hoc non multo ab hoc tempore Oliuerius Caraffa  
Cardinalis Neapolitanus preclare illustrauit, sub aræ  
maiori huius templi ferreis cancellis ossa, ex, sicut

bodie loquuntur, requiliae. D. Laurentij, ac Stephani concluduntur. Ab exquilina autore Strabone Labicana uia, quæ ad labicanos ducebat, bodie ualle Mōto nē dicūt, ac prænestina ab oppido prænesti appella=ta, incipiebant. Prænestinam tamē intra Vrbem ba=buisse initium, Capitolinus testis est, is. n. Gordiani palatium ad hanc uiam In urbe fuisse scribit. Labicana à Nævia quondam exibat. Neq; absonum vide=atur, si unica uia à pluribus portis principium sume=ret. Nam ab uno atq; eodem loco, uerbi causa, à la=bicanis nullo itineris dispendio Romam per plures Portas ingredi poterat. Ad, D. Laurentij templum inter uites obeliscus dirutus extat, quo autore sit in=uectus, coniūci non patet. Non procul Mammeus Pons est in Aniene, à Mammea Alexādri Mammea matre instauratus, et ab Antonino Pio quondam ex=structus, uulgo Mammolum appellant. Quartus Pons Lucanus in eodem flumine non longe à Tybu=re differt. Ex Aniene duos flumios tubis, atq; Euri=pis Anienē. s. nouū, ueteremq; Roma excipiebat.

Mammolum.

De porta Nævia, et de via Labicana, ac Tiburtina.

Cap. XIII.

**N**AEUIJ nescio cuius sylua nomen portæ fecit, quæ Laurentianæ succedit, nunc maioris, sive S. crucis nomen est sortita, Quidam super triumbaliformia structam uolunt. Due hinc portæ, La= bicana scilicet, atq; Tiburtina, alias Prænestina, orii

**D E A N T I Q . V R B I S R O M A E**  
tur. Prænestina in urbe incipit, super Coliseo, atque  
intrâ Cælium montem, ex Exquelinum sedens rectâ  
ad hanc portam peruenit, Tyburtina vero initium ad  
suburram habens, à D. Luciæ in Silice, ut uocant, in  
de per arcum. D. Viti in Macello, ac proxime Ma-  
rij Trophæa, præterea Caïj, Lucijq; Basilikā, hodie  
Gallicias dictas, uarie sese inflectens, ad hanc portâ  
tandem perducitur. Extra urbem statim diuiditur;  
Labicana quidem à dextra ad alueū aquæ Claudiæ,  
columnamq; sic hodie hanc urbem appellant, præne-  
stina vero à sinistra, per Gabios træfiens, prænestē,  
Palestinam hodie nominant, tendit.

*Praenoste Pa-  
lestina Gabie.*  
**D e Porta D. Ioannis, ac via Campana. C a. X L I I I .**

**C**AELIMONTANA sequitur à montis Celij vicinitate  
appellata, à D. Ioannis nobilissimo templo  
Lateranensi hodie nomen habens. A sinariam etiâ uocat,  
nulla quidem antiquorū authoritate, Sex. Pöpeius  
tatū huius nominis meminit, nihilominus inter latinā  
uiam, atq; illam qua ad Hostiam perueniretur, loca-  
uit. Fulmine ita Liuius scribit. Hinc Campana uia  
ortum habet, sicut uocarunt, quod in campaniam du-  
ceret, statim in duas diuisa, post pusillum spatij iterū  
cum Latina iunguntur.

**D e Gabiusa, ac via Gabina.**

**C a p . X V .**

**I**NTER D. Ioannis portam, ac Latinam in muri re-  
cessu, sub celiolo porta clausa est, Gabiusem à ge-

bij, quo ducit, dixere. Hanc hodie urbem Gallicanā, vocant, inter urbem ac prænestine positam in ipsa prænestina via. Ex hac Porta quemadmodum Liuius uidetur innuere, Gabina via dicit originem. Hæc, si Straboni credimus, breuissima fuit. Et cum prænestina iungebatur, fulmine ictam idem Liuius tradit. Sunt, qui ex quodam mensuræ genere metrodij nomine dicta uelint. Per hanc hodie Riuus Aquæ Appie, nonnullis Aqua mariana appellata, in urbē influint.

## De Porta ac via Latina

## Cap. XVI.

**L**Atina mox adevit, veteri nomine seruato, sic dicta, quod à latio tecta, in urbem ferret. Campaneam Romæ hodie appellat. In superculo Cælio=li Posita ferentinam antiquis nominatam suspicatur, cuius nominis, cum Portam intelligimus, tametsi mentio in autoribus reperitur, de latina via ne litera quidem apud quenquam extat, si eos exceperimus, qui mille annorum abhinc ætate prouecti sunt. Sed quando Strabo Ferenticiū Hernicorum urbem ad latinam viam ponit ex insuper Plutarcus de Fe rentina meminit, hanc ipsam esse putamus, quod per eam egredientes, statim in latinam incurrit, qua ad Hernicos, cæterosq; latinos populos peruenit. Prope hanc portam fanum est D. Ioannis apostoli nomine. Hunc Domitiano Imperante ferunt in aereum olei ebullientis coniectum in columē, integrumq; evanisse. Nec procul aliud eiusdem Ioannis templum.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
uetustate collapsum uisitatur. Latina per uallem mon-  
tonem, ut uocant, usq; ad Diuum Germanum excure-  
rit, nec longe mox cum appia coniungitur. Ad quar  
fortuna mulieribus tū ab urbe lapidem in latina, fortune mulieribus stā  
statua quam tangere fas non erat. prætor quā abea pugnare  
vni tñ nupsisset. Statua quam tangere fas non erat. prætor quā abea pugnare  
vni tñ nupsisset. ac templum fuisse memoratur, hæc tangi à nulla  
mulierum fas fuit, ea excepta, quæ unitantur nu-  
pisset. Valeria Publicolæ filia prima omnium hu-  
ius templi sacerdos facta est. Ad eandem uiam philo-  
lidi. Domitianus nutricis villa fuit, ubi ea memor Do-  
mitianum suum cohonestans, ipstus funeris exequias  
persecuta dicitur, Imperatorisq; reliquijs cineri-  
busq; in Flaviorum templum collatis, cum Iulie Ti-  
ti filia cineribus, quam eadem sustulerat, grandemq;  
eduauerat, commiscuit.

### De Capena porta, & d'Appia uia Cap. XVII.

*Capena, & Camænarum.* **P**Arum à Latina distans Capena se se offert, Ca-  
pena urbs proximæ Albam ab Italo rege con-  
dita quo tempore è Sicilia profectus, cum ingenti  
Syracusorū manu ad Fanum uenit, portæ nomen  
inuenit. Asconius tradit extra hanc portam Came-  
narū lucum, ac templum fuisse, unde etiam Camæna-  
rum nomen nōnullis authoribus meruit. Hodie san-  
cti Sebastiani uocat, ab eius sancti tēplo duobus mil-  
libus passuum exira posito, Humidam Iuuenalis appet-  
lauit, quoniā in loco maxime imosit. Inter hæc, uiaq;  
Latinam Tribus lemonia fuisse traditur, Sexti Pons  
peij sententia à Lemonia villa nominata. Ad hanc

*Juvenalis.*

authore Ouidio Morarij locus perhibetur fuisse sae-  
cer cum riuo ex dei nomine nuncupato. Huius Lym-  
pha quicunq; ad dei celebritatem conuenirent mora-  
rij nomine cum religione repetito, sese inspergebāt,  
cum à criminibus, præsertim periurio, lustrati, aqua  
dilui, falso existimarent. Ex hac porta Tempestatis  
templum extitit, Marcelli uoto positum. Is enim cū  
Sardiniamq; Corsicamq; peteret, cum exercitu, ac  
repente magna tempesta orta, eō discriminis ipsum  
adduxisset, ut pene obrueretur, quoniam ex illius ui-  
euasit, templū tempesti uoto nūcupatum extruxit,  
In Camænarū Fano, de quo supra exposuimus, quod  
à Fabio nobiliori positum fuerat, Actius poeta suā  
statuam grandem illam quidem et pene ab aliis, q  
Actij corpus pusillum spectetur, erexit. ~~deinde~~  
ipsam portam Apollinis Ara, honoris luc  
spei reperiebatur, Paulumq; ab hac porta ~~de~~grati-  
ti, sororis Horatij sepulcrum se offerebat, quadrato  
lapide scribente Liuio erectum, quo loco à solo Ho-  
ratio Curiati fratres fortissime sunt prostrati. Cu-  
riatijs uero, atque Horatijs eodem loco, quo quisq;  
cæsus ceciderat, eodem referente, tumulus structus  
est. Horatiorū quidem sepultura Albam, Curatiorū  
Romam spectabat. Ad secundum lapidem ab hac por-  
ta Ridiculi templum est positum, nempe Annibalis  
successu ridiculo, qui illic castra posuisset, illusus, tur-  
piter pedem referre coactus fit. Appia uia in urbe  
incipies ad Seueri septizoniū, quāuis Sex. Pompeius  
ad Capenā scribit, p Capenā ipsam trāstēn testa per.

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

Albae ruinas, Ricciæq; extensa, item per Terracina, fundos, Molæ, Sinucessam, Per stellatæ deniq; campū Brundusium peruenit. Ita Appius cæcus, quod eam Capuam usq; strauerit, appellauit, qui uero hinc ad Brundusium instruens perduxerit, incertum est. Plutarchus tamen scribit Cæsarem, cum sibi illius ornædæ negotium esset mā datum, grandem pecuniam in ea consumpsisse. à Traiano postea dicitur instaurata, collibus demolitis, soloq; exæquatis, uallibus insu- per materia uaria oppletis, Reginam omnium statius appellauit. Adeo lata dicitur fuisse ut duorum in eacurruum neuter impedimento alteri esset. Scribit Liuius censores uiam à capena usq; ad Martis tēplum, quod augustissimum centumq; columnis suffulatum Sylla Aedilis dicauit, sternendum curasse. Huic templi bona pars, ut est in Christianorum hysto-rijs, precibus Diui Stephani Pōtificis, cū illuc à Valeriano, ac Galeno Imperatoribus perductus esset ut Sacra faceret, corruisse fertur. Iuxta hoc tem-

Manalis lapis <sup>22</sup> plumbum Manalis erat lapis, quem cū propter nimia siccitatib<sup>z</sup> et p<sup>z</sup> ad uetus pluvia citatem in urbem pertraherent, sequebatur statim pluia. Eumq; quod aquas manaret, manale dixerunt, quasi hoc suo motu manaret pluia. Refert Liuius Martis simulacrum in Appia sudasse. In hoc templo senatus hostium legatos audiebat, ne in urbem intro- mitterentur. In eadem sacrarium fuit deæ bonæ, ubi Clodius est interfectus. Laurentina Appie iungebatur, quo loco terminalia facere mos erat. Eratq; inter Hostienses, atq; Ardeatiam, à laurente Sylua Auentini,

Ruentini, uel potius quod Laurentum agrum feceret, nominata uidetur. In bac Terentij Hortū XX. modiorum fuisse narratur. A dextra in eadem via ad secundum lupidem D. Sebastiani templum surgit. Vbi est Calisti Cimiterium, locis subterraneis manuum opera factis multorum martirum sepulturam habens. Vbi celle adhuc extant, in quibus nostrī sacrificabant, cum illi Imperatorum metu occul te in suis ceremonijs uersarētur. Non procul ab huiusmodi templo ad hanc uiam ingentes tectorū edificiorum ruine confaciuntur. In ijs obeliscus est diffractus, ex quantum ex metarum uestigijs coniectura consequi potest, crediderim ibi Antonini Caracallæ circum exstisſe, quo loco aiunt a cœli cilia Praetoriana fuisse Tyberij Cæsaris. Sicut tradit Suetonius Romæ hūc castra coniunctis viis prætorianæ cohortes uagæ ante id tempus per hospitia dispersæ, cōtinerentur. In Appia preterea fuit Aegerie lucus à Numa camenis dicatus. Plurima in hac sepulchra fuere: quorum etiam nunc uestigia apparent. Idq; M. Tull. innuit, Antu, inquit, egressus Porta Capena, cum Collatini, Scipionum, Seruiliorum, Metellorum sepulcra uides, miseris Putas illos? Sed cum in illis neq; ullum ornamen tum, neq; ulla fere inscriptio integre duret, difficile sit necesse est, certum quid de ijs afferri, uno forfasse excepto, quod paululum à Caracallæ circo ab est, eo quidem loco quod caput bouis appellarunt, tale legitur. CAECILIAE Q. CRETICI. F.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
METELLAE CRASSAE. In certum fuisse ubi  
sepultus iaceret Scipio Africanus Liuius auctor est  
nam Interni conspiciebatur ipsius sepulcrum cum  
statua. Romæ similiter extra Capenā tres in Scipio  
num sepulcro statuæ uisuntur: duæ Publij, ac Lucij  
Scipionum, Tertia Ennij. Q. Cælij monumentum in  
quo Pomponius Atticus ipsius nepos conditus fer-  
tur, V. millibus passuum à Capena abfuit. Galieni  
autem, ix. mill. pass. ab Urbe in Appia. In qua qui-  
dem millium passuum interuallo Cella reperitur, cui  
*dñe quo vadis?* uulgo domine quo uadis inditum est, ea ratione, qđ  
cum D. Petrus ab imperatoris indignatiōe se se sub-  
ducens Roma profugeret, ibi Christum obuium ha-  
buerit, cui dixerit, domine quo uadis? eiq; illum respo-  
disse, Romanum iterum crucifigi. Ibi ut est omnium  
opinio in marmore diuina Christi uestigia impressa  
conspiciuntur, quamobrem effectum est, ut sempi-  
terna eius rei memorie fanum sit erectum.

De Trigeminâ porta, ex de via Ho-  
stiens̄ Cap. XVIII.

Vt limam quidem portam Trigeminam ideo di-  
stam accepimus quod per eam ad certamen cū  
tribus Curiatijs tres Horatij egressi sunt. Verū tūc  
non eo erat loco, quo hodie conspicitur. Antea n. fuit  
ad Tyberim, Auentinūq; radices, iuxta scholā, sicut  
nunc appellant, græcorum. Aventinusq; non in urbe  
erat. Icirco Liuius memorat cura ædilium porticū.

extra banc portā Auentinū uersus stratae. Quamuis Solino autore Alieus Aquæ appiæ ad Salinas proferretur, qui locus est iuxta Trigeminam, Idem scribit Cacum habitasse locum, cui Saline nōmē est, ubi Trigemina est porta. Quidam narrant Auentino intra Pomærium recepto, hanc ipsam Portā muratam Atq; ad ipsius Auentini radices, Tiberimq; qua in latum Campum Testatiū exitus est, renouatam. Hoc autem argumento nituntur, quod Liuius de bello Macedonico tradit ab Aedilibus porticum inter lignarios, qui, ut mox dicetur, erant ad Testatiū, extra Trigeminam factam. Verum si neq; Sylla, neq; Cæsar, intra Pomærium complecti hūc mōtem uoluere, quo pacto quis bellū Macedonī sc̄m̄ pōre, quod multo ante gestum est, in urbē efficiens credat: cum iam eō Trigemina esset translata equidem existimo Liui sententiam de Aedilibus, à quibus inter lignarios porticus intra trigeminam constructa sit, recte habere, porta in suo etiam loca a sede permanente, egredientibus, u. ex hac porta, occurrebant in Testatio lignarij, nisi forte quis putet Ancum Martium, à quo ob urbis tutelā, muro Auenitus est cinctus, in Testarij exitu portam eiusdem nominis reliquisse. Hec autem eō, ubi nunc est, traxducta, diu Pauli nomine ab ipsius templo nuncupatur: cum uero Auentinus intra pomærium recipetur, ab hac porta rectā primum, postea uero transuersus per fluminis ripam, usq; ad Ripam murus duetus est. Que uero ab hac initium sumit uia, Hostien

C ii

## DE ANTIQ. VRBIS ROMÆ

sem, quod Hostia ducat, dixerunt. in hac via milliariorum  
paùlo plus ferme ab urbe nobilissimum D. Pauli tem-  
plum sese offert à Constantino erectum, postea  
et, ac tam præclaris ornamentis illustratum, atq;  
opere museato ab Honorio Pont. uarie distinctum.  
sub buius templi ara maiori D. Petri ossa, atq; una  
Plurimæ Reliquæ cum summa ueneratione seruan-  
tur. Huius uestibulum ab Hadriano primo Pont. ini-  
tatione templi D. Petri à Dono instructi, lectissimo  
marmore stratum constat. Hinc ad mille pass. canor-  
bium presto est, à tribus fontibus nomen retinens.  
Hic n. caput à D. Pauli ceruice diuisum, cum ter in-  
fluisse, tres repente fontes scaturisse manifestum  
est, quæ à prætereuntibus uideri et gustari possunt  
D. Bernardi Monaci locum colunt. Verum celi gra-  
uitate, quoniam in paludibus sit, et pestilentie aspira-  
ratione penè desertus locus uidetur.

## De portis Transstiberinis et de porta ripæ, et via portuensi. Cap. XIX.

Ianiculum siue Transtyberinum maius ultra fin-  
men est, totumq; muro cinctum tres habet portas.  
Prima transstiberim ac Ianiculum montem posita à  
Nauali, cui proxima erat, ut scribit Sex. Pompeius  
nomen accepit. Qui locus ideo sic dictus putatur,  
quod eo naues appellerent, ut ex eo loco precipue ap-  
paret, quam hodie Ripam nominant. Quamobrem  
nunc quoq; porta ripæ dicitur. Portuensem quidam

## LIBER PRIMVS.

appellauere, quod ed. Portū tretur, quem locum ad  
Tyberis Hostium Claudio Imp. cōdidit. Quo circa  
ab illius tempore ad nostrā usq; etatem, nec n. antea  
notum fuit quo nomine uocaretur, hoc nōrē uia ip  
sa retinuit. In hac urbe fuit fanum portum. Idem  
Claudius hic turrim in mari extruxit phari imita  
tione, qui ad Alexandriam in medijs fluctu  
bus surgit, lumine super accenso, ut naues no  
ctu cursum tutius teneant. Hac tempestate, & tur  
ris, & quicquid olim fuerat tanta impensa molitū,  
fluctuum motu atq; agitatione paulatim consumptū  
attritumq; corruisse uidetur; præpter D. Luciæ ē  
plum, cuius dignitatem inter Christianas omnium am  
plissimā, facileq; principem uidemus, ut etiam Fer  
miensem episcopum habeat. Hic locus nunc à quo=  
dam cornu Tyberis secatur, atq; ideo fluiolum uoc  
cant. Portus Vrbis ut non tam crebram apud ueter  
es scriptores mentionem inuenias, ita frequentissi  
me Romani portus, quem ferunt parvam insulam à  
Tyberi factum, duobus millib. passuum ab Hostia  
differre. Hec Suetonius scripsit. Claudio tria passū  
millia partim effosso mōte, partim exciso canale ab  
soluit ægre, & post XI. annos quamvis conti  
nus XXX. hominum millibus sine intermissione  
operantibus portum Hostie extruxit, circundueto  
dextro, sinistroq; brachio, & ad introitum profun  
do iā solo mole obiecta, quā, quo stabilius fundaret,  
nauē ante demersit, qua magnus obeliscus ex Aegy=  
pto fuerat aduentus, cōgestisq; pilis supposuit alti=

C iij

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

sumā turrim in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent. In diuis, quibus refertissimus dēstissimusq; est locus, per se tuisti lapides, marmoraq; ui suntur huiusmodi, ut ad urbē edificādam satis sint, magnitudine adeo incredibili, ut admirationem moueāt intuentibus, qd eō tantæ moles inuehi potuerint. in horum marmorum duobus lateribus notæ extat, quibus partim (pli nio assérente) pondus, partim numerus lapidum significatur, prout quisq; mercator mississet, sed ad portam Ripe redeamus, in ea antiquissimis literis in saxo incisum monumentum extat, quo indicatur Arcadio, atq; Honorio autoribus ac principibus maximam partem mœniū m̄romanorum instauratam.

S. P. Q. R.

IMP. CAESS. DD. NN. INVICTISSIMIS PRINCIPIBVS ARCADIO ET HONORIO VICTORIBVS AC TRIVMPHATORIBVS SEMPER AVGG. OB INSTAVRATOS VRBI AETERNAE MVROS, PORTAS, AC TVRRES EGESTIS IMMENSIS RUDERIBVS EX SVGGESTIONE V. C. ET MILITIS ET MAGISTRI VTRIVSQ. MILITIAE STILICHONIS AD PERPETVITATEM NOMINIS EORVM SIMVLACRA CONSTITVIT CVRANTE FL. MACROBIO LONGINIANO V. C. PRAEF. VRBIS D.N.M.Q. EORVM.

De porta ac via Aurelia.

Cap. XXI.

**S**ecundam portam transyberim in ianiculi uer-  
tice, quem **bodie** Montorum quasi montem au-  
rium dicunt, Aureliam, ab Aurelio Viro consulari  
structam, ueteres nominauere. Accidit autem q[uod] om-  
nibus ferē portarū nominibus mutatis, à uījs illāe no-  
men acceperunt. Quidam duplice causa sic appellat-  
tam hanc portā, uel ab Aurelio Viro consulari, uel  
ab Aurelio imperatore putarūt. Quo nomine apud  
priscos esset ignoratur. Nunc Diui Pancratij ab ipa-  
sius templo, quod uel à Simmaco Pontifice, uelut qui-  
dam opinati sunt, ab Honorio primo positum tradi-  
tur, nominant. Non me fugit à Procopio, qui Gotho-  
rum, ac Belisarij res gestas literis mandauit, Pancra-  
tianā dici. deinde breuissimo interuallo ab Aurelia  
sepulcrum Adriani constructum, quod **bodie** castelle-  
būm sancti Angeli nominatur. Quod si sic haberet;  
necessē esset putare Aureliam uiam ad Tyberis ri-  
pam iuxta Adriani sepulcrum fuisse. Atq[ue] sic ad Au-  
relio Imperatore dictam, quam in pomario ampliā  
do addidisset. Similiter quæ postea Sæcti Pænatij uo-  
cata sit, ab Aurelio consulari uiro principio nomen  
babuisse. Tradunt præterea eandem, quod à Traian-  
o relecta esset, Traianam nuncupatam. Hac iter  
est ad Etrurie maritima Pisam uersus. Ad hanc uiam  
Hortos Galbe fuisse scimus, in quibus eius corpus au-  
tore Suetonio sepulture datum est. In eadem Calistus  
tribus ad urbe nullib. passuum, nec procul inde fax.

C iiij

Castell. Sano.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
Hec Primus extructo prius templo ab eius nomine dicto, sepulti memorantur.

De Porta Septimiana et de via Julia Cap. XXI.

Porta, que est intra Pancratianam, atq; flumen transtiberim multo post tempore septimiana à septimo seculo Imperatore etiam nunc appellatur. Spartanus est auctor hunc Thermas magnificentissimas iuxta portam sui nominis fecisse: Hicq; fanū septimianū, aramq; itidem septimianam, et in por-  
te frontispicio septimij nomen incisum fuisse, scribit. Hæc eadem cum vetustate iam cōsenuisset, ut ferre iam esset. collapsa, ab Alexandro VI. Pont. à fundamentis est renouata. Aliqui sub Ianio, quod sub Ianiculo esset, portam dixerunt. Fontinalem à fonti-  
nibus nymphaeis olim dictam uolūt. Liuius tradit Ab edili-  
bus aliam porticū ad fontinalem iuxta Martis aras,  
qua in apertū campātur, erectam. Hinc uia egre-  
diebatur, que triumphali iuxta sanctum spiritum  
respondebat. Hanc Iulius. II. Pont. secundū Tyberis  
ripā perpendiculo direxit, pulcherimis aut ornatis-  
simisq; edificijs utraq; ex parte constructis Frequen-  
tissimam reddidit. quidam narrant būc ipsum ponti  
fīcēm in animo habuisse, ut ea hæc à D. Petro ripam  
usq; omnibus edificijs, quæ alterutra ex parte impe-  
dimento esse potuissent, demolitis, extenderentur.  
Suetonius tradit. Viam Vitelliam à Vitelliorum fa-  
milia dictam à Ianiculo usque ad mare profersi.

**C**elebratur prætereà triumphalis porta dicta quod per eam triumphi agerentur, et triumphantes Imperatores in capitolinum cum pompa de- duceretur. In ripa Tyberis iuxta locum, ubi etiam num quodam fundamenta in flumine, cui pons sancti angeli imminet, antiqua illa quidem uisuntur, que fundamenta pontis eius esse dicuntur, qui est post sanctū spiritum pons quidem, qui hoc in loco fuerat quemadmodum et via qua ad obeliscū progre dieba tur. C. Caesaris, qđ sancto Petro proximus est, triumphalis uocabatur. Quin etiam quicquid soli circum ea loca esset triumphale dixere. Nonnulli præterea et pontem et portam, quod in uaticanum ducerent, uaticanam appellauere.

## De Sex portis Vaticani. Cap. XXIII.

**L**eo IIII. Pont. Vaticanum muro cinctit. Icirco urbs Leonina diu nominata est. Sex portas necessarias quidē fueri curauit. Prima fuit, quā sancti spiritus ab eius Xenodochio, iuxta quod esset, uocat loco est aliquantulum edito. Nec diu est cum fuit in- staurata. Hac Transtiberin ē regione septimianæ adeunt. Secunda, quae est ad Vaticani fornaces Tur- rionis hodie nomine notatur. Posterula quidem à posterulo nescio quo saxone, qui prope hanc habita- ret. Vel potius quod in posteriore urbis parte esset

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
constructa. Nuncupata est. Tertiam insuperiori par-  
te templi sancti Petri loco eminenti positam Pertu-  
sam appellant. Porticula uero quae hinc exiguofspa-  
tio distat, ex superiori parte Hortorum, qui in Vati-  
cano sunt, posita, in alijs, que Sex numerosunt, non  
reponitur. Nec eius cuiquam usus est, praeterquam  
ihs qui palatum colunt. Quarta est in foro sancti Pe-  
tri, alias Peregrina à Peregrini templo. Hodie uel  
ab Hortorum nomine, uel ob pulcherrimum Prospice-  
tum Belvedere uulgo omnes uocant. Quintam sub  
sancti Angeli Castello locatam, qua in uaticanum  
itur, nonnulli Posterulam quoq; dictam uolunt. Sexta  
illam addunt, quae ab exitu pontis sancti Ange-  
li ad sanctum petru dicit, Aeneam dixere ab Aenea  
porta antiqua, quae inter castellum atque pontem an-  
gusta quidem satis atq; erecta fuit. Hanc Alexan-  
der VI. Pont. in castelli sancti Angeli instauratione  
sublatam, alioq; tralatam, latiorem pulchrioremq;  
restituit. Viamq; Alexandrinam usq; ad palatiu[m] por-  
tam ad perpendiculum, è medio Piramide impediens  
sublata, direxit. His omnes fere uaticanu[m] portas,  
murosq; renouauit uetusitate attritos, in muro uia  
ad pontificum securitatem, commodumq; à palatio  
Castellum usque facta.

De alijs Antiquis portis Romæ Cap. XXIIII.

**A** Liarum portarum apud scriptores metio est,  
ubi autem illæ fuissent, incertum. In ihs Lauerna  
ialis fuit à Lauerna furum dea, quos Lauernion

Lauerna fu-  
rum Dea.

nes appellavit Antiquitas. Item Rudusculana, quæ  
trudis ac deserta, Rutumena ab aurige nomine. qui p  
eam uictor ingressus est. Catularia à canicula, cuius  
tempore cane rubea maltata sacra ad eam fa  
ciabant, quod eius numen segetibus maturādis p̄ce  
esse putaretur. Minutia p̄terea à Minutio piacu  
laris, salutaris, sagninalis, Libilitensis, fencella, qua  
Tanagil cum populo herba fecisse dicitur, eius uiro  
Tarquinio ad necem saucio, Accedit stercoraria ad  
Capitolij Ascensum. Nonnulli à uijs etiam portas di  
xere, ut Veientana, Tiburtina, prænestina, Valeria,  
Ardeatina, Flaminia, Salaria, Numentina, Appia,  
Hostiensis, portuensis, sed hæc reuera uiarum uerius  
quam portarum sunt nomina.

De uijs quædlias fuere, Cap. XXV.

**F**vere aliae etiam uiae prope Romam celebres, ut  
Valeria, qua in Sabinos, Marsosq; hodie uulgo  
Tagliacozzo dictos, iter erat, ut setina, quæ ad ur  
bem quā Sessam hodie appellant, Ardeatina Ardeā  
non procul ab eo loco ubi nunc Neptunus est, duce  
bat. Eratq; hæc uia inter Hostiēsm, atq; Appiam.  
Afinaria, quam Sex. Pompeius inter Ardeatinam,  
ac Latinam ponit. Sublacenſis, sic dicta, quod ea su  
blacum iter effet, iuxta hanc Aqua Claudia deriuat  
ur. Veientana, quod ad Veios iret. P. uictor quin  
tianam, Gallicanam, Patinariam, Ciminiam, Cor  
neliam, Tybertinam, Gallicanā Laticulensemq; ad

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

dungi. In urbe preterea nobiles viæ fuere. Altaq;  
semita in Quirinalis dorso, Via lata ad campum  
Martium pergens, Suburra admodum celebris ad  
radices Aexquilini. Via sacra, que per forum Ro-  
manum ad Capitolium ducebat. Via noua, Recta, pu-  
blica, fornicata, de quibus tunc agemus, cum locus po-  
stulabit. Quemadmodum uero in marmoreo monu-  
mento legitur, quod in porticu palatiū conseruato-  
rum seruatur In Capitolio, suis priuatis pecunijs  
Vespasianus urbanas vias instaurauit. Sic.n.habet.  
IMP. CAESARI VESPASIANO AVG.  
PON. MAX. TRIB. PONT. III.  
IMP. IX. PP. CON. III. DES. IIII.

S. C.

QVOD VIAS VRBIS NEGLIGENTIA  
SVPERIOR. TEMP. CORRVPTAS  
IMPENSA SVA RESTITVIT.

# DE ANTIQUITATE TIBVS RO. LIBER SECUNDVS.

De septem Urbis collibus, Primo autem  
de Capitolio. Cap. I.



Actenus de Urbis circuitu, ac de portis et quicquid extra moenia esset, satis expositum uidetur. Nunc colles qui nunc sunt aggregati, à quorum numero quoniam septem quondam fuissent. Vrbem septimontium appellare re. Hos autem fuisse compertum est. Tarpeum, Palatinum, Auentinum, Cælium, Exquilinum, Viminalem, Quirinalem. Deinde ut apparet, Cæliolum, et qui Hortulorum, et Transtyberim dicti sunt, additos fuisse non est obscurum. His accessit Ianiculum et particula uaticani. Ipsorum vero collis uel edificiorum causa, quæ in ijs Vallibus magnifice extructa, impediunt, uel ruinari, explicata ac distincta ratio agere haberi potest. Accedit quod non uno in loco colles, qui disiuncti, ac separati fuerant, nunc iuncti, unius tantum speciem præse ferant intuenti. Sed de his particulatim, prium autem de Tarpeio, siue capitolino tanquam insigniori dicendum. Sacris. n. certimonijs dicatum etiam Cic. prædicat, cum excellenti intumulo ciuitatis deos, deasque omnes immortales.

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

sedem capitolij in saxo constitutam incolere affiramet. In hoc tanquam ex clariss. orbis terrarum atq; omnium gentium loco ab omnibus terris triumphi ptebatur. Initio Saturnius uel à saturno, qui in eo suū domiciliū esse uoluerit, uel ab urbe saturnia ab eo cōditā, dictus uidetur. Tarpius est postea appellatus à Tarpeia uirgine, que cum capitolij arcem sabinis prodiisset, Romulo cum illis ob foeminas raptas bellum gerente, atq; ibi necata, sepultaq; fuerit, ex eius nomine monumentū colli relictū est, quod rupes Tarpeia, saxumq; Tarpeum vocaretur. Capitolinus dein de nominatus est à capite hominis ibi reperto, dum foderent fundamenta in iouis templo, autore Varone, construendo. Iccirco Haruspices hanc sedem, Caputq; omnium gentium futuram predixere. Vulgus uero, à quo omnia corrumpuntur Campidoglio nernaculo sermone passim appellat, Regum temporibus Liuio significante totum muro cinctū constat ē quadrato lapide. Nostra autē tēpestate defossis eius fundamentis ingentia saxa eruta, ea forma spectacula est. Tarquinus superbus ex poemerie manubijs capitolium constituit. Quamuis à prisco ceptū illud opus uideri potest. Mariano bello totum incendio conflagravit, à Sylla tamen instauratum, atque à Catulo dicatum accepimus. Cuius rei etiam nunc monumentum argumento esse potest, ijs autem literis incisū legitur. Q. LVTATIVM. Q. F. Q. CATVLVM. COSS. SVBSTRVCTIÖNEM ET TABVLARIVM. DE SVO EA

CIENDVM CVRAVISSE. Rursum sub Vitellio  
 igni depopulatum, atq; à Vespasiano refectum con-  
 stat. Ait. n. Suetonius hanc capitolij restitutionem  
 aggressum ruderibus purgandis manus primū ab-  
 mouisse, ac suo collo quēdā extulisse, ut alios alacrio  
 res ad opus redderet. Sub Vespasiani mortem dein-  
 ceps incendio absumptū, à Domitiano restitutū se-  
 pnuagies Septies centenis millibus aureorum memo-  
 ratur. Aeneas portas habuit capitolium, Aeneasq;  
 tegulas, quas Catulus inaurasse dicitur. Eisdem Ho-  
 norius ad sanctū Petru transstulit, ijsq; ipsius tem-  
 plis testū contexit. Harū quedam ad hanc diem etiā  
 extant. Multas turres in Capitolio fuisse M. Tull,  
 est autor. Marcellinus scribit Magni Constantini sic  
 lū constatē, cū Romam uenisset, ipsiusq; ingentia  
 opera, & reliqua superbissima magnificentissimāq;  
 Vrbis ædificia inhibans spectaret, admiratione obstu-  
 pefactū, precipue cū oculos atq; animū ad Capitoliū  
 intendisset. Non diuersa narrat Cassiodorus. Ait. n.  
 Sūmū ēē miraculū Traiani forū spectare, Capito-  
 liū uero omnia omnī mortalī ingenia longo inter-  
 ulla superare. Profecto admiranda, singula, que in  
 eo colle fuere, sunt existimata, in quibus Arx, innu-  
 mera deorū templū, uariaq; ornementa fuere, bodie  
 tamen omnibus ijs spoliatus collis, in pristinū statum,  
 & ferme ad antiquam solitudinem, qua ante urbem  
 conditam fuisse, redactus uidetur. Tūc. n. nihil fuis-  
 se aliud compertum est, autore etiam Ouidio, quam  
 fabula, atq; Sylvas, ad quas armenta cogeretur. Sed.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
Angilatim de omnibus, que in Capitolio ipso fuere,  
primum uero de arce exponamus.

De Arce capitolij, de templo Iunonis Monete  
Deq; edibus Manilij, ac. T. Tatij. C. II.

**Tarpeia porta** **Q** uamuis una tantum appellatione Tarpeius mons capitolij nomine uocatus sit, Nibilominus in arcem, atq; in capitolium à scriptoribus diuī sum scimus. In rerum gestarum monumentis legimus Gallis sennonibus omni impetu in urbem duce Breuno irruentibus, reliqua ciuitate metu deserta, omnes in capitolium configientes, illud temuisse. Parumq; abfuisse quin etiā caperetur, nisi Anserum clangore ex. M. Manilij diligentia seruatū fuisset, cuius monte hostis pene introductus, de muro deturbatus est. Ad collis radices iuxta sancti Andree in uincijs ad eulam, portam ex marmore repertam scimus, qua multis gradibus ascendentibus, illius ascensus, qui in Arcem ducret, argumento erat, quoniam uero bac porta proxime flumen uidetur esse, existimari potest Tarpeiam uirginem per eam aquatum exiisse, unde commodam opportunitatem hostis intromittendi nacta sit. Quidam uolunt ad eam partem inclinatam Arcem, qua Palatinum forum Romanum spectat, Ouidij auctoritate adducti, qui suis uersibus testatum reliquit, Templum concordie quod prope forum erat, cuius etiā nunc uestigia apparent, eo loco surgere, unde plurimi gradus ad Iunonis Monete,

metæ, que in Arce pculdubio fuerat, ducebāt. Scriptor  
Victoria.  
 bit Liuius uictoriā, que in summo concordia tem-  
 plo erat, fulmine iectam, dum inferretur, ad alias ut  
 etorias, que in Arce essent, adhesisse, quare iure  
 hæc loca sibi inuicem proxima fuisse coniecerē. Dia-  
 nysius tamen in Sabini belli descriptione aperte indi-  
 care uidetur ea parte fuisse arcem, quæ superius est  
 monstratum. Ait. n. Romidum cum copiarum parte  
 extra urbem exquilibrium occupasse. Alteram uero,  
 cui dux erat Etruscus Lutum Quirinalem nondū  
 eam appellationem habentem tenere iussisse. Quo=rum  
 apparatu cognito, Tatium Regem Sabinorum  
 nocte exurgentē exploratum per regionem duxisse,  
 nullumq; in agris detrimentum intulisse. Ante oc-  
 casum solis inter Quirinalem, & Capitolium in cæ-  
 po castra posuisse, & cum uideret firmo præsidio oc-  
 cupata ab omnibus omnia, neq; locum tutum sibi re-  
 lictum ullum, in multam incidiſſe anxietatem, nō in-  
 ueniens quo pacto posset ibi esse diutius, nescienti an-  
 tem quid ageret, inopinatam adfuisse felicitatē, tra-  
 dito ei loco uno munitionum optimo per huicemodi  
 occasionem. Pretergredientibus. n. Capitoliū rado-  
 ces Sabinis ad explorandum si qua pars collis inue-  
 nitetur, que furto capi, aut ui posset, uirgo eos que-  
 dam ab excelsa speculata cōspexit, Tarpeia nomine  
 compellauit, quibus uerbis appetet non forum ro-  
 manum spectasse arcē, sed in ea parte potius, de qua  
 supra exposuimus. fuisse positam. Tarpeia. n. in ar-  
 ce fuisse fateri necesse est, cum Sabinos non prope

D

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

Quirinalem, sed cum ad radices flumen uersus con-  
spexit. Accedit quod rupes Tarpeia, ut mox dice-  
tur, que à Tarpeia uestali nomen accepit, in capar-  
te est, que ad tyberim uergit, non qua cōcordie tem-  
plum spectatur. Quod attinet ad ascensum arcis  
ad concordiam, illa ratio afferri potest, quod, quia  
in colle est, ad Arcem uero non uno tantum ex latere  
ascendebatur, ab eodem etiam ad Monetæ Iunonis  
templum ascensus, erat, quod ad eam partem positū  
fortasse fuerat. Locus uero unde uictoria ad alias,  
que in arce fuerant, euolauit, non admodum ijs uici-  
bus fuisse indicat, uim tamen fulguris non adeo insi-  
gnem distantiam, disfunctionemq; uerticis istorum  
locorum denotat, sicut reuera non fuisse uideri pos-  
test. Igitur in arce Monetæ fuit templū, uoto à Cam-  
millo ob rem bene cum Auruncis gestam, erectum, à  
monendo uero dicta est dea, nam ferunt post stragē-  
illam memorabilem à Gallis sennonibus editam, in  
erce auditam uocem fuisse Iunonis, que de quibusdā  
sacris faciendis Romanos moneret. Marilium uero,  
eius uirtus præclara, ac fides singularis cognita, spe  
etataq; fuerat in patria, cum obſidione Romani in ca-  
pitolo misere premerentur, quoniam tyranidem oc-  
cupare aggressus fuisse, ex Tarpeia rupe deturba-  
tum memorat. Iccirco sancitum est ne quis deinceps  
in capitolio habitaret. Huius domus, que erat in ip-  
so Capitolio, solo fuit equata. Eodemq; loco templū  
Iunonis moneta cōstructum est, hoc autem ibi fuisse  
putatur, ubi nūc conseruatorum sunt horti. Solinus

Juno cur Mon-  
ta.

Manilius Tar-  
peia deturba-  
try.

tradit eodem loco. T. Tatium habitasse, quo fuit  
Moneta Iunonis templum. Huic signanda pecunia  
officinam, quæ postea ad Saturni templum translata  
fuit, adiacuisse Luius scriptū reliquit. In Arce Vrio-  
nis simulacrum ex cupresso fuisse, integrumq; per  
diu manisse Plinius meminit. Anseris preterea fuit  
statua ex argento, cuius clangore, plausuq; alarum  
romani dormientes sunt excitati, qui nocte Galli ce-  
pitolum fere obtinuerunt. Plutarchus narrat cum  
primum censores essent renuntiati, munusq; iam obi-  
re cepissent, ob memoriam, statim de uictu Anse-  
rum sacrarū solitos, que in capitolio seruarentur,  
allum diligenter curasse solitos.

*anser ex  
argento.*

De Clivis capitolij, de capitolio, de Iouis tonantis  
templo, de fortuna. De rupe tarpeia. De saturni  
templo, de saxo carmente. Cap. III.

**V**ARIE olim via ad capitolium ascensum pree-  
bebant, quamuis ex ijs una omnium celeberrima  
ma, fuerit. Hanc fuisse putant, que contra uelabrum  
esset, Luius scribit eam à censoribus sterni iussam.  
M. Aemilio Cos. Suetonij autoritas magnam fidem  
rei addere uidetur. ait. n. Cæsarē Gallici triūpbi die  
uelabrum preeuebente pene curru excussum axe den-  
fracto. Ascendisseq; capitolium ad lumina, quadra-  
ginta elephantis dextra atq; si nistra Lychnos gestan-  
tibus. In hoc cliuo M. Tullius scribit Milonē domū  
armis, clypeisq; refertissimam habuisse. Fuit ex ster-

D ii

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

coraria porta, nam Sex. Pompeio auctore ad **XVI**  
Cal. Iulij e **Veste** tēplo stercora, ceteraq; fēda, atq;  
immunda quendam in locum in medio Clivo capuo  
lino paratum comportari, conīciq; solita, que ster  
coraria porta clauderentur. Alium ascensum ha  
buit capitolium, nempe ē regione fori Romani, re  
cta concordiae templum spectantem. Ad huius clivis  
radices Seruius monet saturni fuisse templum. Non  
diu quidem est, cū uia quædam reperta dicitur, **VII.**  
pedū latitudine, que à foro, quod in capitolio est uer  
sus fornicem septimianam loco plano postam exten  
ditur. Tertius clivus, ut etiā est superius dictum, is  
erat, qui à concordiae templo ad Iunonis Monete  
ducebat. Quartus uero, quemadmodum nunc etiam  
uideri potest, contra urbis planiciem erat, que ho  
die admodum frequens, ac celebris est. Ibi marmo  
rea porta pulcherrima nostra tempestate reperta  
est. P. Victor att in capitolij ascēsu, qua bodie fontes  
puniūtur, Iouis tonantis fuisse templum, quod Augu  
stus dicauit liberatus Periculorum expeditione cana  
tabrica, per nocturnum iter lecticam eius fulgur per  
strinxisset, seruumq;, perducentem exanimasset.  
Quoniā uero ut tradit Suetonius ipsius Iouis tēpli  
assidue frequentaret, somniauit queri capitolinum  
Iouem cultores sibi abduci, seq; respondisse tonantem  
pro Ianitore ei appossum. Ideoq; non parum fidei  
somiis adhibens, mox tintinabulis fastigium edis re  
dimiuit, quod ea fere in Iouis dependebant. Iouis  
Tonatis simulacrum stās fulmen tenebat. A Locra,

+ periculō Cū

Juppiter un  
de Tonans.

Plinio afferente nobilissimo artifice laboratum est.  
 Juxta hoc fortunæ fuit etiam templum, ut ex ueris=bus qui in prenesti sunt significatur. Tarpeia rupes unde fontes, ex qui periuri dabantur Gellio scri= bente detrucebantur, ex hac capitolij parte se se ad forum olitorium (plateam montanaram hodie uo=cant) flectens circumibat. Scribit Dionysius collem, de quo præcipitarentur dannati, foro imminere.  
 Quamobrem nonnulli coniecerunt forum romanum secundum radices capitolij inter hunc collè atq; Pa=latinum fuisse: rupemq; ibi, ubi tāc morti aliquo cri=mine damnati destinabantur, extitisse. Sed hic uicus erat Iugarius. Dionysius tamē tarpeiae rupis appellione totum collem comprehendit, ad huius radices: Saturni templum fuit, ubi uetus Aerarium seruaba=tur, quod à Publicola primum constitutū dicitur, pa=cis ab hinc annis hoc loco erat cella cum turri, quam Sancti saluatoris aerarium siue in statera. quæ xeno=dochio. D. Marie in porticu, ut nunc loquuntur, erat proxima, nominabat. P. uictor saturni templū, atq; opis in iugario uico locat. Dicīq; potest eo loco, quamvis positum, uico tamen impendiſſe, in statera appellabant à stateræ forma, cuius uestigia etiam Varronis temporibus, extabat. Tarpeiae rupis pars. Carmentæ saxum dictum est, ea autem est, quæ ad Ty=berim uergens recta ad D. Marie templū respōdet:

De Iouis Opt. max. templo. De Clauo Annali,  
 de templo termini, ac fidei. Cap. IIII.

D iiij

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

**I**n capitolij margine ex ea parte que apposita  
est foro, cui montanario nomen est, pulcherrimum  
ac celeberrimum Iouis opt. max. templum fuit, quod  
aliquando capitolium etiam Iouis nomen habuit.  
Quare multis post annis ad huius collis radices San  
eti saluatoris cognomento in maximis appellatum  
constat. Tarquinus Priscus id uouit, quod deinde Su  
perbus aggressus in eius fundamentis tantum libris  
argenti XL. millibus expensis, quoniam roma sta  
tim pulsus sit, sacrare non potuit, quamobrem à M.  
Horatio publicole collega postea, ut ex marmore  
qd D. Agathæ tēplo seruatur, appareat, dicatum est.  
**M. ORATIUS CONSVL EX LEGE TEM  
PLVM IOVIS OPTIMI MAXIMI DEDI  
CAVIT ANNO POST REGES EXACTOS  
A CONSVLIBVS POSTEA AD DICTATO  
RES Q VIA MAIVS IMPERIVM ERAT  
SOLEMNE CLAVI FIGENDI TRANSLA  
TVM EST.** Templum hoc in circuitu ducentorum  
ferme pedum erat Dionysio scribente quoquo uer  
sum habens, à parte autem qua frons meridiem tria  
plici columnarum ordine comprehendebatur. Ab  
obliquis uero partibus simplici, in eo tria sacella fuisse  
æqualia inter se communia babentia latera. Me  
dium quidem Iouis. Et ab utraq; parte, Iunonis à de  
stra, à Sinistra Minerue. In hoc templo fuit ady  
tus, siue cella penetralis, in quam ingredi nulli exce  
pi sacerdotibus fas erat. Hic due aureæ coronæ ser  
uabantur, una XX. Philippeis numis estimatae

Iouis Opt.  
Max.

adytus.

Pampbilie legati dono dedere, altera à Carthaginensibus missa traditur quo tempore uictoriam summi tum gratulati sunt Romanis. Inter hanc & Mineruæ, cellam Iouis Imperatoris erat simulacrum prenestine inuestum. Ante Mineruæ cellam dij stabant, quos nō  
xios uocitabant, iij tres fuerant statuae, quæ genibus uebementer niti, conatumq; edere uidebantur. Hic præterea fuit tabula Nicomachi de Proserpinæ raptu. Inter hanc uero & Iouis cellam singulis annis Prætor clauū figere solenni ritu ac sacrificijs solebat. Tūc. n. nullo literarum usu adbuc inducto, eo nō merum annorum significabant. Clauumq; amalem appellabant. Hoc uero Mineruæ tanquam artium inventrici tribuebant. Ad Mineruæ facellum Iuuentus erat cellula. Plinius se in eo uiduisse scribit canē & eū uulnus lingentem. Plurima in hoc templo signa, atque ornamenta fuere. Inter cetera statua aurea quā Cladius Imperator dedicauit. Alia præterea uictoriae nobilissima. Eodem in templo loco subterraneo libri sybillini seruabantur. Quorum cura. x. Viris committebatur. Hic uasa Sex de Mirrbino fuisse dicuntur, à Pompeio in Triumpho Romam portata. Hic foedera, ac pacta romanorum, atq; carthaginensium in tabulis æneis ab Aedilibus seruabantur. Palliolum insuper purpureum, cum quo quotiescumq; Aurelianus Imperator regia indumenta sua conferret, pale lida, cineriq; similia admirabili colore suo reddebat. Ferunt hoc ab interiore India à Rege Persarū misum Aureliano dono datum. In hoc templo sepissim

*Solus Imperator.*

*Dij hocij 3.*

*clauj, figebatur*

*lib. Sybillin.*

*Mirrum despallio.*

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

me conciones haberet, & senatus consulta fieri con-  
suevere. Nowig; buc Coss. hic sacra facere soliti sunt.  
In fundamentis huiusmodi templi iaciendis huma-  
nū caput repertum dicitur, ex quo capitolio nomen  
fuit. Cumq; Tarquinius constitutum haberet multis  
fanis sublatis, Iouis templum in eo extruere, per au-  
guria deos rogauit quorum antea templa fuerant,  
Ioui ne cedēdum, aliò eorum fanis translati putarēt  
omnium facellorum exaugurations admisisse aues,  
in termini fano non addixisse, memorant. Quamo-  
brē ea causa sacrificijs decretis, ab augurijs moniti  
funt, termini ciōunctionem cum Ioue eternum Impe-  
rium significare. Erat autē terminus nihil nisi rudis  
quidam lapis. Huius dei templum in superiori par-  
te foramen babebat, ut libera facultas esset aspicien-  
di celum, terminum. n. nequaquam occultādum, imò  
latius dilatandum censebant. Si quis uero terminum  
exarasset, ipsum cum bobus sacrum execrabilē pror-  
sus; grauissimeq; puniendum Numa statuit. Addunt  
neq; in Martis, neq; in iuuentae fano aues de Iouis te-  
plo addixisse. Optimo quidem augurio, quasi termi-  
nus sua firmitate Imperij stabilitatem, ij uero par-  
tim florentem, uridemq; perpetuitatem nullo timo-  
re senescentis, uetus tatis, partim uirtutem in bellicis  
rebus gerendis significarent. Ad Iouis igitur templū  
fuit termini fanum. Vitellijs Titiq; temporibus cum  
omnibus uicinis aedificijs incendio consumptum Io-  
uis opt. max. templum conflagratumq; narrant. Lux  
tahoc Fidei fuisse templum Cic. autor est. In hoc Pl.

alternum imp.

Tercius lapis.

mus scribit imaginem senis extitisse pulcherrimam Vnde Cana  
cum lyra, senemq; præcum fidibus docētemi mire ab  
excellenti artifice factum.

De templo Iouis feretrii, Iouis custodis, Vrio  
nis. De curia calabra, de ædibus Romuli, de  
senatulo atq; Asylo. Cap. V.

**F**eretrij Iouis templum ex ea parte, que capito  
lio respondet, ubi nunc est Ara, cæli fuisse pro cō  
perto est. Omnia templorum antiquissimum, quip  
pe quod à Romulo uoto in Cenitium expeditione  
facto fuerit extrectum, fuisse traditur. Is in eo bello  
Acrone hostium duce cæso, ipsius spolia, cum in capi  
tolium uictor ascendisset, in uicina queru suspendit.  
Opima autem ea sunt dicta. Latio autem autore,  
adeo rara eius fortuna decoris fuit, ut usq; ad Augu  
stum nullus unquam repertus sit, qui cum locum opi  
mis spolijs ornaret, Cornelio cesso, ac M. Marcello  
exceptis, quamobrem illuminiorem Romulus gloria  
est cōsecutus. Ea autem opima censebantur spolia, cū  
dux ducem sua ipsius manu trucidasset. Hoc tem  
pore quasi Romuli institutum sequantur, aut Roma  
norum triumphantium morē, imitantur, in solenni  
pompa Augusti mensis, seruatoris Imaginem circū  
ferunt, atq; una nonnulla simulacra truciis affixa, ue  
luti trophya gestare solent. Cum Romanis fœdus es  
set fieriendum, ex hoc templo sceptrum sumebant, per  
quod iurarent, ex lapidem silicem, quo fœdus fieri  
erat a fieriendo fœdere fecerat.

DE ANTIQ. V R B I S R O M A E  
vent. A quo quidem feriendi modo putat sex. posse  
peius templum ita appellatum. Ancus Martius alio  
quando id ampliavit collapsumq; Cæsar Pompo-  
nij Attici cobortatione restituit. Ferunt. hic postea  
a D. Gregorio Aram celi, edificatam. Cenobium  
bodie pulcherrimum esse ibi nemo ignorat. Nunc  
Fräciscanorum familie, olim Monaci coluere. Mul-  
tas antiquissimas habet columnas. In quarum una  
legitur. A CVBICVLO AVGVSTORVM.

In templi exitu parvus, sed uetus state insignis obelis-  
scus est, preterea tres statuae Constantini Imperato-  
ris. In capitolio insuper maximum Iouis custodis te-  
plum à Domitiano extructum fuisse, ab eoq; dedica-  
tum ferunt. Ac se ipsum in ipsius dei gremio locari  
uoluisse. Quidam ibi fuisse, ubi Sal in Capitolio ser-  
uatur, senatorisq; palatium est, putarunt. Inter  
tot autem res uetusissimas huius collis nibil fere  
hoc excepto, tametsi ne illud quidem integrum sit, re-  
perias. Ex quadam tamen inscriptione, de qua in ini-  
tio huius libri mentio est, quæ salis causa semiconsu-  
pta exolescentibus fugientibusq; literis uidetur, hoc  
edificium Domitiano uetusius fuisse declaratur.

*Veiouis temp.* Itaq; nonnulli hic Vrionis templum posuere. P. uic-  
itor inter arcem capitoliumq; locat iuxta Asylum.  
Alij Veiouis templum in foro, quod nunc est in capi-  
tolio, posuere. Quemadmodum uero à iuuando Io-  
uem, sic à nocendo Veiouem dixere. Quibusdam n.  
ex dijs ut iuuarent, quibusdam ne nocerent, sacra fa-  
ciebant. Veioui capram mactabant. Huius simula-

trum, quasi ad nocendum paratus esset, sagittas manu tenebat. Iccirco plerique eundem Apollinem existimauere, cui dantur sagitte. Non desunt qui in capitulo leo, ubi Sal seruaretur, curiam Calabram ponant. Ea non erat publicus locus. uestigiaque abhuc extant porticus, que foro immineret. Primus illis temporibus culmis curiam Calabram crexit Romulus. Huc à Rege sacrificulo Senatus, populusque ad festa, nonas idusque singulorum mensrum percipiendas uocabantur, ex quo nomen calabrum fuit. Varro scribit iuxta calabram Romuli domum fuisse, eamque paleis cooperata prope hanc senatus fuit, eo in loco, quotiescumque republicae consulendum esset, senatus habebatur, multi autem, ut mox dicetur fuere senatuli. Inter arcem, ex capitolium Asylum Romulus sacrum eò confungentibus qualicunque criminis tenerentur perfugium constituit. In foro autem conseruatorum fuisse volunt. Dionysius tradit, locum, qui interduo querceta esset Misericordiae templum appellatum, quod idem est cum Asylo. Theseum præterea ferunt primum omnium apud Grecos Asylum constituisse, tametsi id Statius Herculis nepotibus tribuere uideatur, cum insidias uimque eorum timerent, qui ab Hercule uxati oppressaque fuerant. Apud Latinos uero Romulus primus instituit Asylum, quo facilius ciuitatē habitantibus impleret. Statim enim successit, nam unquam, præcipue ex Sabinis ingens seruorum, liberorumque multitudo in urbem confluxit. Augustus cum animaduertret occasionem ab Asylo male faciendi

Calende exinde.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
tradi, primus sustulit. Hunc Tyberius securus, omnia  
penitus ubicunq; effent aboleuit.

De quibusdā templis, alijsq; locis Capitolij, quæ ubi  
nam sint bōdie ignoratur. Cap. VI.

**I**N Capitolio Ericine Veneris templum à Fabio  
Max. ex Mētis ab Attilio Crasso dicatum, fuit.  
Hæc uia breui & angusta tantum inter se distingen-  
bantur. Salutis, Cōcordiæ, Libertatis, Victorie, Præ-  
terea templum opis à Tatio consecratum, aliquan-  
do fulmine scribente Luiio tactum. in hoc Scipionis  
Metelli proaui statua fuit. Fortunæ primogeni-  
niæ, atq; obsequentiis à Seruio Tullo positiæ, tem-  
pla fuere. Iouis præterea sponsoris quem Tarquin-  
nius superbus erexit, Postbumius dedicauit Veneris,  
quoq; Caluae in capitclio in fœminarum gratiâ, bo-  
noremq; erectum est, nam Gallis sennonibus in urbē  
inuidentibus, cum in maxima funium penuria ner-  
uos arcubus, reliquisq; bellicis instrumentis para-  
re non possent. matrone Romane ex capillis detona-  
sis miram copiam ad funes faciendo suggeſſere.  
Aliud præterea Venus ipsa, atq; itidē Vesta habuit  
Postquam ut Sex. Pompeius auctor est, omnia que  
effent immunda, ac fœda, ad Vestæ templum, ut supe-  
rius monuimus, ad eam porticum, quæ porta ſterco-  
raria clauderetur, deferebantur. Ex Ouidij uersibus  
conijci potest, in eo Iouis piftoris aram fuisse, mul-  
tiq; in ea ſententia fuere, ut Marphorij ſtatuam illius.

dei simulacru fuisse dixerint. In foro Capitoli⁹ fuit  
ste Fauisse, quæ celle quedam erant, ex cisternæ sub-  
terraneæ, ubi reponi soleret signa vetera, quæ ex eo  
templo collapsa essent, ex alia quedam religiose don-  
narijs consecratis. In Capitolio atrium fuit publicū  
fulmine autore Liuio tactum. Bibliotheca præterea  
nobilissima, plurimisq; columnis ornatisſima, duas  
autem habuit Porticus Metelli alteram, alterā Con-  
stantini. Locum insuper fuisse ferunt, ex quo cū bel-  
lum esset indicēdum, aut quipiam paciscēdum, uer=   
benam sumebant, qua paterpatratus, facialesq; coro-  
nari mos esset. In Capitolio quoq; senatum baberi, et  
de rep. decerni sepissime solebat.

De multis statuis, alijsq; ornamentis, que hodie ex-  
tant, ex olim in Capitolio fuere. Cap. VII.

**I**ntra catena, atq; innumerabilia ornamenta, qui-  
bus Capitolium erat refertum, multas habuit sta-  
tuas ē subiugatis prouincijs Romā inuestas, que au-  
tem hodie uisuntur, hæ sunt. In conseruatorum por-  
ticu ingens caput, illudq; eneum Commodi fuisse di-  
cūt, qui e Neronis colosso deiecto, suum in eodem re-  
posuit. manus similiter, atq; pes ingenti magnitudi-  
ne spectatur. Ante porticum duo maxima fluminum  
simulacra ex marmore, nuda, ac pari forma appa-  
rent. Nilum, Tygrinq; nonnulli putat representatos,  
quod alter sphingi peculiari bestiæ ægypti nititur.  
alter, tygridem feram immanissima habet Erminia

• DE ANTIQ. VRBIS ROMAB

quà Tygris præterfluit, uterq; uero ad rerū omnia  
nūm, quæ ad tuendam uitam pertinent abundatiam  
significādam Cornucopie manu tenet. Quidam Na-  
ris, atq; Anienis amnem, qui in Tyberim defluunt,  
essē suspicantur, tametsi Naris simulacrum dicāt ita  
fingi solere, ut ex urna aquam profundere uideatur,  
Quemadmodum Tyberis Lupa ac infantulis signifi-  
catur. In eadem porticu Aenea Lupa, cuius uberi-  
bus Romulus, ac Remus lactentes inhiant, conspici-  
tur. De hac Cicero, ac Virgilius semper intellexere.  
Liuinus hoc signum ab Aedilibus ex pecunijs, quibus  
multati essent foreratores positum innuit. Antea in  
comitijs ad fiduciam uiminalem, quo loco pueri fuerāt  
expositi, locatum pro certo est. Inde in Lateranum,  
postremo in Capitoliū est translatū. Intra huius pal-  
tij portā simulacrum Herculis adhuc puberis, æncū,  
inauratumq;, præterea nudū spectabatur: quod nunc  
in palatium translatum, dextra clauam, sinistra au-  
rea poma, quæ ex hortis Hesperidum abstulerat, te-  
net. Repertum autem in ruinis aræ maximæ ferunt  
in foro Boario. In palatio satyrus miræ pulcritudi-  
nis est. In porticu autem caput, pedesq; cuiusdam Co-  
lossi marmorei, et simul fragmenta, quæ antea iux-  
ta Pacis templum erant, uisuntur. Alia præterea ope-  
ra marmorea, muris inserta Antonini ex Dacico  
triumpho, siue L. Veri ex Parthorum uictoria stan-  
tuas habētia ex puro marmore, palam uidere licet.  
Hec autē à D. Martine templo, quod prope Mar-  
phorium est, sublata, hinc in locum traducta sunt.

Templum deniq; marmoreum insigni pulchritudine  
uisendum cernitur. In palatiū interiori parte aenea sī  
mila cra duo, sed pusilla continentur, uetusissima tamen,  
ac speciosissima, alterum stare uidetur instar ha-  
bens serui, alterum nudum, innixumq; pastori perfr  
mile corpore inclinato, spinam acu euellere de pe-  
de uidetur. Alia signa sed trunca ac mutila non des-  
deres, ingens Leonis. x. Pont. statua à Romanis, ob  
immunitatem decreta, in eodem palatio asseruatur.  
Picture uero in parietibus septem Regum gesta ex-  
pressa, præterea fortissimorum Ducum Romanorū  
triumphos, ac uictorias habet. In Area Capitolij sta-  
tua est equestris. M. Aurelij philosophi ex ære, cadu-  
ceatoris forma, quamuis. L. Verò nonnulli, uel Septi-  
mio Seuero assignet. Non diu est cum ex templo D.  
Ioannis in Laterano eum in locum Paulus. iij. Pont.  
transtulit. Sixtus. iij. cum opus admiraretur, inter  
eæteras urbis antiquitates, minusq; apte eo loco esse  
animaduerteret, basi pulcherrima ornauit. Plurima  
fuere præterea, quorum nulla certa ratio bodie red-  
di potest. De nonnullis tamen mentio habebitur, de  
quibus antea ueteres scripsere. Tres Iouis fuere sta-  
tue, una tacta fulmine quo tempore Pyrrhus in Siciliam  
traiecit. Secundam Sp. Carbilius post samnitā  
uictoriam erexit. Hanc Plinius adeo ingentem fuisse  
refert, ut à Ioue etiam Laciario conspiceretur. Her-  
cules duas ex ære habuit: alteram à Sempronio Cos.  
dicatam, alteram à Fabio Max. Tarentinis superas-  
sis possum, opus autore Strabone Lyfippi existimat.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
tum. Lucullus ex Apollonia Ponti urbe Apollinem  
XXX. cubitorum. C. uero ac. L. Talentorum esti-  
matione inuexit, nunc fractum atq; dissipatum vide-  
tur. Nemesis, Boni euentus, ac Bonae fortune simu-  
lacra Praxitelis opera fuere. Iani preterea Imago  
in cuius dextera CCC. numerus, in sinistra, LXV.  
quasi ad anni tempus, ac dies significandos notatus  
erat. Accedunt Regum omnium statuae, ex quibus  
Plinio teste nulla, TULLO, ac Numa excepto annidura  
habuit. Brutii, Scipionis, à quo uictus, Antiochus, Syk-  
laq; predefris ex ære claro. Aemiliij lepidi, pueri in-  
super pretextati Bullam ex collo pendentem haben-  
tis, quam senatus ob hostem prælio obtruncatum ser-  
uato ciue decrevit. Metellus ob seruatum ab incendio  
Palladium, cum parum absuisset quin una cum V en-  
stæ templo conflagraret, statuam similiter meruit.  
Adde illam Tyberij, quod annonam ingrauescen-  
tem leuasset. Plutarcus scribit Fabium Maxi-  
mum sibi ipsi equestrem statuam ex ære posuisse. Po-  
pulumq; Romanum aliam Bruto illi, à quo Tarquia-  
nij pulsi fuerunt, mediumq; ipsam inter regum sta-  
tuas positam crexisse. Domitianus decreto probis-  
buit præter auream, argenteamq; hoc loco nullā pa-  
ni. Cornelia Gracchorū mater aliam habuit, Scipio  
Asstaticus tabulam uictorie contra Antiochum para-  
te capitolio addidit. Bocchus in Syllæ gratiam duas  
triūphales imagines inseruit. In quibus aureus fuit  
Iugurta, quē in Syllæ potestatem dabat. Parrhasius  
Ephesius in Capitolio Thescum pinxit. Vbi Clypeus  
Martis

Martis fuit Asdrubalis imaginem babens. Columna  
præterea rostrata de cœlo aliquādo percussa. Augu-  
stus nauali bello Aegeptiaca classe superata, ex na-  
uum hostilium rostris quatuor columnas consecit  
quæ in capitolio postea à Domitiano locatæ, usque  
ad seruū, eo autore, etatem perdurarunt. Hodie ad  
sanctum Ioan. Lateranum spectatur. Leges, et ple-  
raq; publica acta aeneis tabulis incisa sepius monen-  
te. M. Tullio ibi seruabātur, quarum unam fulmine  
tactam refert, cum dicat legum æra liquefacta. Legi-  
mus Vespasiani diligentia tria millia tabellarū que  
deflagratione capitolij ruinis obrutæ essent, erutas,  
atq; instauratas. præfecti q; sunt quibus harum refi-  
ciendarum negotium datum esset. Quod ex marmo  
re uetusissimo significatur. C. CALPETANVS  
STATIVS. SEX. MAETORIVS. M. PER-  
PENNA LVRCO. T. SARTIVS DECIA-  
NVS CVRATORES TABVLARIORVM  
PVBLICORVM. FAC. CVR. Tabule prete-  
rea in quibus leges Romulus inscribi iusserat eodē  
in loco seruabantur. Quarum hec fuit sententia.  
Nil inauspicato faciendum. Patritios tantū sacrifici-  
ējs, magistratibusq; interesse, plebis, agri colendi ci-  
ram esse. Regum negotium esse rerum omnium Sa-  
cerarum, quarū patritij custodes essent, à populo ma-  
gistratus deferri oportere. Leges similiter tenēdas,  
de communib; negotijs ab eo decernendum. Non  
statim fidem habendam fabulis, que falso de dijs dis-  
cipūtur. Nullum ex peregrinis dijs, Fauno excepto,

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

3  
Sacra facienda: In templis noctu ad excubadum. Homicidas capite plectendos; nullum insolens atq; impudicum uerbum mulieribus audientibus effutiendum. Toga ad talos demissa utendum, licere cuicunq; monstruosos partus de medio tollere. Neminem nisi per portas egredi, aut ingredi audere. Vrbis moenia sacrosancta esse, mulieremq; legitime uiro, in bonis, sacrficijsq; uiri sociam habendam, ex quemadmodum vir paterfamilias, ita illam Matrem familias putandam. Et sicut illa patris, ita uiri heres esset. Integrū esse uel uiro, uel Affinibus quo libuisset mortis genere Adulteram necare, mulierē, que uinum bibisset. Adultera pena teneri. Parentibus licere filios aut relegare aut etiā, si uideretur, uēdere, aut occidere.

De Vico Ingario, ex Tusco Cap. VIII.

**E**xpositis ijs, que in capitolio fuere, aut hodie etiā extat, priusquam ad Palatinū ueniamus, quores dilucidior sit, de ijs, que in horum collum ualle sunt, dicendum uidetur. Ad capitolij radices ex hac parte uicus fuit Ingarius, qui, ut ex Liuij uerbis elicetur, cum foro romano terminabat. Nam cum de quibusdam sacris, que à Matronis Iunoni Regine, que in Auentino facienda essent, exponeret, duas Iuuenas albas ab Apollinis templo per carmentā portam in Urbem actas scribit, post quas duo Iunonis reginæ simulacra ex cupresso ferebatur, hæc autem **XXVII. Virgines sequebantur in uestibus oblongis,**

carmen quoddam rude atq; ineptum, sed illi etati for  
tasse non ingratum canentes. Has decem uiri, pro  
quorum ordine illa erant instituta, laurea coronati  
non sine solēnibus, prætextatisq; indumentis sequeba  
tur, ait igitur p hāc portam ingressos uicū Iugariū,  
in forū uenisse, atq; ibi puellas cōstitisse, seq; manibus  
per mutua implicitis canentes, saltantesq; choream  
instituisse. Inde uero per uicū Tuscū, per uelabrum,  
tandem per medium forū Boariū, per cliū ad Iuno  
nis Reginæ templum in Auentino positiū ascendisse.  
Ex quo colligi facile potest Iugarium uicū ad Tar  
peij radices, qua parte palatinū spectat, fuisse, atq;  
in forum Ro. respondisse. Preterea colligitur uicū  
Tuscū ex alia uallis parte ad palatini radices extitis  
se. atq; ex uno latere cum foro Romano, ex altero cū  
Velabro terminasse. Presertim cum Liuius scribat  
peractis in foro choreis, per uicū Tuscū, deinde per  
Velabrum, quod esset in Auentino, iter habuisse fāmi  
nas. Igitur nō is fuit Vicus Tuscus, ut quidam uolūt,  
totū id spatij, quod inter tres istos colles, ac Tyber  
rim interiectū est, nam si ita esset, satis fuisset, si Li  
uius scripsisset per Vicū eos Tuscū in Auentinū ascē  
disse, tametsi nullius preterea loci mentionem ha  
buisset. Siqui uero putēt uelabrum, atq; alia loca, que  
hac planicie continerentur, Tuscū uici particulas fui  
sse, absurdū sit, nisi rem aut ratione, aut scriptorum  
antiquorū autoritate plane demonstrent. Certe cum  
de uicis Romanis sermo est, non dubium est eos à reli  
quis Vrbis partibus semotos, ac distinctos, neque

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

*Juno Juga a  
coniugis.*

Bam amplos fuisse, ut alias etiam partes complectentur. Sed Iugariū uel à bouū Iugis, quae ibi conficerentur dictū est, aut ab ara Iunonis Iuge, que coesset loco, nam cum Iuno coniugis præcesset, ita cognominatam uolunt. Ingens saxum in Iugarium uicū aliquando ex Capitolio cecidisse Liuius testis est, à quo pleriq; contritisint. In hoc uico M. Valerius Amerinus domū habuit, Item Ouidius prope templū D. Mariae cōsolationis habuisse dicitur. Ipse n. scripsit cum domi sue caput toleret, capitolum supereminentis uidere solitū. P. uictor Opis, ac Saturni templū in iugario locat, sicut in Turario eorū aræ fuerant. Nonnulli tamē putarunt Saturni templū idem fuisse, quod ex hac parte ad capitolij radices iaceret. Diciti. n. Poterat in uico Iugario fuisse. Tusco uero uico tusci nomen dedere. Ii. n. postquam Romulum uel, ut quidam tradidere Tarquinū Priscū auxilio iuuere, Caeliū montē domicilio habuerūt, cum uero hic locus munitissimus uideretur, ac de Tuscis nō nihil suspicarentur, ad imā planitiem traducti sunt, unde ab eis nomē accepit. Quidam putarūt partem ex Porsene Copijs Rome sponte constitisse. Cumq; hanc urbis partem habitassent, ab ijs nomen loco inditū fuisse.

*Vertumus, p̄fus.  
cīp. Toscor. num.*

Iccīro Varro scripsit in eo uico Vertuni præcipū tuſcorū numinis fuisse templū. Ideo aut sic deū appellabant, qđ mercatorum rebus, emendis, uendendisq; mentes inuerteret, uel ex Propertijs sententia, quod aliò amnem tyberinum uerterit, bucusq; n. antea alluebat. In huius īēplo Ful. Flacij piſta erat ima-

ego triumphalis. In extrema sic i regione, qui etiam Turarius dictus est, in angulo uidelicet basilice sensu proniana, ferunt ipsius etiam Vertuni simulacrum fuisse. Lenonum huc fuisse principium domiciliū Planus innuere uidetur, præterea etiā hominum ne quis simorum. Martialis opera Serica hic exerceri soliti scribit, præterea mollissima queq; ex bombace ut hodie uocant, ex tenuissima operis, telasq; texi, hic etiā unguentarij uersabantur.

De uia noua, de domo Tarquinij prisci, de templo ac luco ueste, de Regia Numæ, de fornicibus Romuli, de quirini templo, ex de lupercali. Cap. VIII.

**N**HUIUS uallis medio, inter duos de quibus dictum est, colles, uia noua quedam fuit, sic, ut Varro ait appellata, quod cū uetus antea fuisse, renouata fuerit. Quidius ad caput fori peruenisse innuit. Varro putat hanc ex alio capite Velabrum attingere. Ait enim Laurentalia in uelabro fieri eo loco, quo uia nouæ exitus est. Quidam putauere recta ad septizo niū extēdi usq; ad piscinā Publicā, atq; ad Bassiani Imperatoris thermas, quas P. uictor in regione Piscine ad uia nouæ exitum locat. Scribit Spartianus hunc Imperatorem uiam nouam strauisse, quæ sub eius thermas esset. Illud etiam addit hanc uiam omnium reliquarum pulcherrimam. Igitur Varronis uerba uelabrum uia nouæ, nec uero uiam nouam uelabro respondisse significant. Nec me fugit plerosq;

E iiij

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

uiam de qua Spartanus meminit, aliam ab ea fuisse  
existimare, ex dextra aliquantulum à Seueris septi-  
zonio se iunctum incipere. Hoc autem septizonium  
in via Appia erat, ex cum ipsa ad Capenam portam  
tungebatur. Videtur quidem uerisimile, nam Varro  
aius, Soguenius deus. Alij loquuntur arā ad nouae viæ exitum prope uestibulū,  
que quidem hoc loco nō ad Caracallæ thermas erat,  
ponit. Scriptum reliquit Liuius à Ceditio plebeio no-  
tu uocem humana clariorem auditam in via noua,  
que moneret, ut Magistratibus nunciaret, Gallos  
aduentare, ideoq; à Camillo eodem in loco cellā Aio  
loquuntio erectam. In huiuscēdē extremitate uersus fo-  
rum Romanū Tarquinius Priscus habitauit. Nam  
scribitur Tanaquil cum populo locutam de fenestra  
palatiū sui, ex ea parte, que viæ nouæ responderet.  
Rex n. iuxta statoris Iouis templum domicilium ha-  
bebat. Quamobrem relinquitur, ut homines existi-  
ment viam nouam ex hac parte proxime uicum Tus-  
scū initium duxisse, aut hic idem cū uico fuisse, nisi quis  
fortasse locū uico tusco assignatum viæ nouæ, aut qui  
viæ nouæ fuisse et Tusco uico tribuendum uelit. Sed  
hęc descriptio plurima loca, que viæ nouæ proxima  
essent, mirum in modum confunderet. Putauere nō  
nulli in hac ipsa ualle, que hodie sanctæ Mariæ Gra-  
tiarum appellatur, uestibulū olim ad eum fuisse, uerbis  
aut Plutarchi adducti sunt, qui scribit Romanos cū  
summis uipedem à Sabinis referre coacti essent, usq;  
ad palatiū portam pulsos, tanto robore, ac uirtute in  
hostem conuersos, ut ipsum statim fregissent, ex uer-  
sus

que ad Numæ Regiæ ueste<sup>q;</sup> templum repulissent,  
quasi sabinorum fuga, uersus Palatum non esse, sed  
uersus capitolium potuisse: ex quo in uallen descen-  
derant, et ad cuius radices hoc templum est uocem  
similiter à Ceditio auditam de Gallorum adiūtu, Li-  
uius refert, in uia noua ac super ueste tēplo accidisse.  
Hoc autem templū à Romulo conditum, Id uero  
autore Dionisio non fuit, in quo perpetuus ignis  
seruaretur, sed aliud ueste quidem sacrum, illudq;  
rotundum, atq; à Numa extuctū, ut suo loco expos-  
netur, quamvis quidam putarunt hic Numā templū  
ipsum iuxta palatium suum edificasse, Ouidiusq; in  
fastis uidetur hoc ipsum à Numa iuxta Regiam ex-  
tructum putare, quod esset ex totunda forma, Ve-  
steq; sacrum. Verum mox suo loco de huius deae tem-  
plo explicabitur. Ad hoc igitur templum uiae nouae  
erat Numæ Regia atrium pulcherrimum habens,

Horatius meminit Tyberim hucusq; inundasse, scribit. M. Tullius ueste lucū ad palatini Radicē fuisse,  
iuxta Statoris templum, et in uiam nouam deflexis-  
se, ex eo autem luco ante captam à Gallis urbem uo-  
cem ex auditam refert. ut muri ex portæ reficerentur,  
faturum. n. esse, nisi prouisum esset, ut roma ca-  
peretur. Erat hic nimirū lucus à Cicerone ad palati-  
ni radices locatus, et multis persuasit ueste tēplū D.  
Sylvestri in lacu templum, uel D. Mariæ liberatricis  
extitisse. eo autem magis ad credendum sunt addu-  
sti, quod ex quibusdam sepulchris XII. numero, que  
aliquando hic defodiendo sunt eruta, facile sacerdo-

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
sum uestalium monumēta fuisse declarātur. Nos hic  
duo tantum notaſe contenti erimus. hoc fuit Flavis  
Manilie. FL. MANILIAE VV MAX. CV  
IVS EGREGIAM SANCTIMONIAM, ET  
VENERABILEM MORVM DISCIPLI-  
NAM IN DEOS QVOQVE PER VIGI-  
LEM ADMINISTRATIONEM SENATVS  
LAUDANDO COMPROBAVIT AEMILI-  
VS FRATER ET FLAVII SYLVANVS  
ET HIRENEVS SORORIS FILII A MILI-  
TIS OB EXIMIAM ERGA SE PIETA-  
TEM PRAESTANTIAMQ. Aliud Clelia  
Claudiane erat huiusmodi. CLAELIAE CLAV-  
DIANAЕ VV. MAX. RELIGIOSISSIMAЕ  
BENIGNISSIMAЕ EQ. CVIVS RITVS E T  
PLENAM SACRORVM ERGA DEOS AD  
MINISTRATIONEM VRBIS AETERNAE  
LAUDIBVS SS. COMPROBATA OCTA-  
VIA. HONORATA VV. DIVINIS EIVS  
ADMONITIBVS SEMPER PROFECTA. Ex  
latere hæc et inscripta legebatur. COLLOCATA  
XII. CAL. APRIL. XC. AVFIDIO ATTICO  
ET C. ALSINIO PRAETESTATO COSS.  
Quoniam uero in hunc sermonem incidimus, non  
omittemus Numam, autore Plutarcō quatuor lātūm  
consecrassę Vestales, deinde quoniam illa sacrificis non  
sufficerent, Tarquinius Priscus duis addidit. Ve  
stalcem minorem quam annos. VI. maiorem quā. X.  
natam capifas esse negarunt, XXX. ann. seruicem

Sunt. Primo decennio sacrorum ritibus ac ceremoniis comprehendēdis uocabant. Secundo in templo ministrabant, Tertio alias, nempe iuniores, instituebāt. Hoc autem spatio peracto nubere omnibus integrū erat, raro tamen id euenit. Si qua uero incesti crimi mea damnata effet, uiuam suffodi est institutum, tanta erant apud omnes ueneratione, ut sole autoritate sua pacem inter ciues conciliarent. Verum de uestaliis tot à scriptoribus referuntur, ut nimus longum sit, si omnia sint persequenda. Inter statoris Iouis ac Veste templa quidam uetustis Romuli fornices fuisse uolunt, quos ex lateritio confectos sua etate corruiisse Blondus autor est. Et cum ante aetate uetustate ingenti pene diruti essent, refici nequaquam uoluere Romani, ut diutius Maximi hominis memoria conservaretur. In eadem ipsa ualle, quo loco. D. Theodori templum est, Quirini aedem fuisse memorant, ubi Dionysius lupam eneam cum pueris fuisse tradit. Plinius hoc omnium antiquissimum dicit, fuisseq; ante ibi duas myrtos, alteram patritiā, plebeiam alterā vocatam. Iuxta lupercal sive templum, sive speluncā potius in Palatino ab Arcadibus Pani Lyceo pastoribus pro deo habitō, sacratum. Sicut uero græci à lupis arcendis Lyceum, ita latini lupercal appellare uoluerunt. Dyorusius ait hāc speluncam opacam, frondosanq; ubi Panis sacrificarent ne suo quidem tempore coniūci potuisse quo fuisse loco, idq; ex edificijs plurimis accidisse. Sunt qui putent locum à Romuli ac Remi nutrice appellatum. Sed quoniam

## DE ANTIQ. V RBIS ROMAE

satis perspicuum est pueros non hic, uerum in contio sub fico ruminali expositos atq; à lupa lactis nutritum accepisse, duo fuisse Lupercalia dicendū uidetur, alterum ad Quirini tēplum ab Arcadibus pastoribus dedicatum; atq; hoc nomine uocatum, alterum in Comitio ad fīcum ruminalem, sicq; à lupa nominatum. Hoc autem ex P. Victoris descriptione facile confirmatur. Nam in fori Romani regione aīt fīcum ruminalem in foro fuisse, quo loco etiam Lupercal. Lupercaliorum autem ludorum originē à Romulo ac Remo tribuunt, nam ante conditā urbē sacrīs peractis una cum reliqua Iuuentute, caprinis pellibus induiti cum ioco, summaq; bilaritate exultantes, discurrerunt. Nonnulli ex Arcadia hoc solemne in latium à Carmenta allatum, atq; inde institutum ferunt, ut nudi Iuuenes per lūsum atq; luxuriam Lyceum pana uenerantes currerent. Ouidius existimatē uidetur hoc sacrum ad piam lupae memoriam institutum. Nudi hoc sacrificium celebrabant luperci per omnes urbis uicos discurrentes, et quedam carmina ad honorem Lycei canentes, corijs caprarum occurrentes mulieres uerberabant, quæ cum se ultro offerrent, facilem partum sperabant.

factae Lupercalia  
Era parva spē  
valent fruiliorū.

De foro Romano, de carcere, de Marphorio, de secretario Po. Ro. de templo Concordiae Cap. X.

**N**VNC de foro Romano omnium locorum, qui antiquitus in urbe essent celeberrimo dicens

dum. Adeo cum bac ualle iungebatur, ut à plerisque  
inter capitolium, Palatinumq; sit locatum, re autem  
uerā quemadmodum olim à Capitoliū radicibus ex-  
tendebatur, parum à septimijs fornice, ut hodie ap-  
paret, usque ad palatiū fores, que prope Iouis statu-  
ris templum erant) satis patet intra bosce duos col-  
les positum, quamuis ad latus aliquantulum pertin-  
neat. Scribit. n. Liuius cū de bello meminit, quod Sa-  
binū gesserunt, iam capitolio ab illis occupato, in bāc  
uallē, de qua sermo est, descendisse, atq; à tergo Ro-  
manos inuasisse, eosq; per totum id spatij quo forū  
comprehendebatur, usq; ad palatiū portam insecuri-  
tos. Hucusq; igitur illo principio pertinebat, urbeue  
ro iam aucta, etiam ad Titi fornici ampliatū est.  
Quare Valeriu publicolam ferunt cum domum, quā  
in summitate Velia haberet, déieciisset (erat autem  
Velia in palatio locus ē regione fere Titi Vespas-  
iani fornicis) in plano, atq; in imo foro ædificasse,  
uerū hoc ipsū etiam fori spaciū in angustū redactum  
est, bona. n. huius Pars comitij nomen accepit. Hoc  
autem à Palatio porta incipiens, qua forū, termina-  
bat, quasi Titi fornici attingebat, constat tamē diu  
potius fori ipsius partem fuisse comitium. Quamo-  
brem Plinius de ficu mentionem faciens, quae hoc lo-  
co erat, in foro, atq; in Comitio fuisse scribit, tametsi  
una tantū esset ficus, adde quod Latium appellatur  
est idem forum. Ut uero singulatim de eo dicamus,  
scire oportet carcerem Liuiu scribēte, ad terrorē  
increcentis audacie media urbe imminentē foro adī

DE ANTIQ. V. R. B. IS ROMAE  
ficationem. Hunc Ser. Tullus subterraneum locū addidit  
Latomia Siracus. non admodum à Siracusanorū Latomis diversū, sic  
carcer. aut ipsi placuit appellare, hunc Sallustius apte descri-  
bit. Scilicet cum quis paululū ascendisset ad Leuam  
circiter XX pedes depresso humi, quem undiq; pa-  
rietes emunirent, atq; insuper cameram lapideis for-  
nicibus uinctam, sed incultam, tenebris, odore foeda,  
atq; terribilem faciem eius fuisse, nunc D. Petro dica-  
tus est locus cognomento in carcere, Ibi Cal. Augu-  
sti, priusquam Eudoxæ Imperatricis iussu in Ex-  
equiis D. Petri in uinculis templū esset, cōstructum.  
solenne festum celebrari solebat, signa adhuc ueteris  
illius formæ apparent, atq; uestigia. Hunc autem la-  
cum sylvester Pontifex Constantini hortatu dedicar-  
uit. In huius frontispicio hęc legere licet. C. V I=  
BIVS. C. FILIVS RVFINVS M. COCCE=  
IVS M. F. NERVA COS. EX S. C.  
Quamobrem Putandum est būc ipsum carcerem re-  
nouatum, atq; alijs temporibus ampliatum Quoniam  
uro ad carceris siracusā, quas latomias dixerū, se-  
militudinem Tullianum erat constructū, idem lato-  
miarū nomen imposuere. Liuus autor est duo atria  
à Catone Censorino facta, Titium, atq; Martiū, hu-  
iusq; loci triumviris curam commissam. Quam uero  
horrendum, ac formidable esset locus, latinorū non  
pauci literis tradiderunt. Ante carcerem Ingens si-  
mulacrum humi stratum iacet, Marphorium appela-  
lant. Naris effigiem in scopulo positam nonnulli ar-  
bitrantur, similitudine fortasse ducti nar Syllabe, ac

carcer Latomia  
Tullianum.

mār, à qbus huius uocis initiu sumit, facta literarū  
mutatioe. Alij Rheni effigiem, cippumq; ēnei equi,  
qui Domitiano in foro decretus est, fuisse putat, ita  
ut is equus scribente Statio pede subiugati Rheni de-  
cūtus Provincia antea triumpharat, crines preme-  
ret. Sunt qui Iouis panarij simulacrum fuisse cen-  
fiant, quem pistorum deum memorat, hoc autē ideo  
positum accepimus, quod Romanis à Gallis sennoni-  
bus in capitolio obfessi, cum summa inopia cōmeatus  
laborare putarentur, ut abundantiam copiamq; po-  
tius indicarent, in hostium castra pane deiecto effe-  
runt, ut pacis conditiones acciperent. De ara Pisto-  
ris Iouis Ouidius meminit, superiorem sententiam se-  
quens, quoniam uero panibus refertissimū uidetur  
saxum, in quo tamquam in lestulo cubat simulacru,  
ideo adducti sunt, ut Iouis pistoris statuam putarint.  
Marphorium præterea deum uolunt, quod sit iuxta  
forum Augusti, quo loco Martis erat templum, id  
autem D. Martinæ ædem pleriq; existimat, uel quod  
nomina similitudinem habeant, uel quod ibi multa  
triumphalia ornamenta in marmore sculpta uiden-  
tur, uerum ex antiquissimo lapide palam est, hic po-  
puli Ro. fuisse secretarium, quo secretissima queq;  
seruarētur, id autē est. SALVIS DD. NN. HONO-  
RIO ET THEODOSIO VICTORIOSISSI-  
MIS PRINCIPIBVS SECRETARIVM AM-  
PLISSIMI SENATVS QVOD VIR ILLV-  
STRIS FLAVIVS ANNIVS INSTITVE-  
RAT, ET EATALIS IGNIS ABSVMPSIT

deictis panib;  
hostis incollegit  
cili copiam em-  
ptissimis -

Martina temp.  
iterium yetro

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
FLAVIVS ANNIVS EVGARIUS EPIFA-  
NIUS VE. PRAEF. VRB. VICE SACRA  
IVD. REPARAVIT, ET AD PRISTI-  
NAM FACIEM REDVXIT.

Iuxta pulcherrimum concordie templum fuit, quod à Varrone inter capitolium, forumq; Romanum po-  
stum est. Plutarchus in ipso Romano foro locauit,  
in eo n. erat, aut ipsi tam propinquum, ut in eo esse  
prorsus putaretur. Multa concordiae templa diuer-  
sis temporibus Romæ preterea fuere. Ut suo loco  
dicetur. Hoc uero de quo sermo est iam institutus Ca-  
millus uouit condiditq; ob eam concordiæ, qua plebs  
cum patritijs dissideris cōiuncta est. Adhuc porticus  
pars templi huius extat, quæ octo ingētibus Colum-  
nis sustinetur. In quarū una hec leguntur. SE NA  
TVS POPVLVSQ; VE ROMANVS INCEN-  
DIO CONSUMPTVM RESTITVIT.

In Marmore preterea quodam aliquando in ruinis  
repertum, quod nunc in templo D. Ioannis Latera-  
ni seruatur, bæc inscriptio legitur, quæ huius templi  
meminit, et simul quo tempore esset i[n]fauratum.  
D. N. CONSTANTINO PIO FELICI AC  
TRIVMPHATORI SEMPER A V G V S T O  
OB AMPLIFICATAM TOTO ORBE  
R E M P. FACTIS CONSILIISQ.

S. P. Q. R.

AEDEM CONCORDIAE VETVSTATE  
COLLAPSAM IN MELIOREM FACIEM  
OPERE, ET CVLTV SPLENDIOREM

RESTITVERVNT. Ex hoc templo ad Iunonis Mo  
netæ, quæ in capitolio erat, plurimis gradibus ascende  
batur, ut uero ex ipsarum columnarum monumen  
to, atq; ex Ciceronis uerbis coniisci potest, ad hoc tē  
plum multi gradus ducebant. Queritur M. Tullius  
in concordiae, cella. M. Antonium armatos inclusisse  
se, sicq; locum sacrum uiolasse. In hoc ipso crebro se  
natum haberi mos erat, quare curia à Lampridio  
nominatur. Hoc est locus, ubi de rebus publicis de  
cerneretur. Eadem de causa Sex. Pompeius senatus  
lum uocat, innuere tamen uidetur non ut antea eo lo  
co senatum Cogi. Hoc tempore omnia eius ornamē  
ta sublata sunt. Latonæ statua Euphranoris opus in  
hoc fuit templo, quæ Apollinem, ac Dianam in sinu  
soueret. Niceratus Esculapium, & Nigiam, Bedas  
Battum specie uenerantis Apollinem, ac Iunonem fe  
cit. Pisistratus Martem, atq; Mercurium, Sthenes ce  
rerem, Iouem, ac Mineruam, qui omnes autore Plia  
nio nobilissimi factores fuere. Iuxta hunc locum cū  
alte defoderetur, non multo abhinc tempore, loco sub  
terraneo quiddā porticus ferè facie, aut trium offi  
cinarum instar habens repertum est, qui locus, ut ex  
inscriptionibus comprehendi potest, ijs dicatus ui  
detur fuisse, qui publicis actis notandis prepositi erāt  
buiusmodi autem sunt. C. AVILIVS LICINI  
VS TROSIUS CVRATOR SCOLAM DE  
SVO FECIT. BEBRYX AVG. L. DRU  
SIANVS A. FABIUS XANTHVS. CVR.  
SCRIBIS LIBRARIIS, ET PRAECONIBVS

*Quiles*

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
AED. CVR. SCOLAM AB INCHOATO  
REFECERVNT MARMORIBVS ORNA-  
VERVNT VICTORIAM AVGUSTAM,  
ET SEDES AENEAS ET CAETERA OR-  
NAMENTA DE SVA PECVNIA FECER-  
VNT. Eodem in loco sed parte exteriori hec pre-  
terea babentur. BEBRYX AVG. L. DRVSIA  
NVS A. FABIUS XANTHVS CVR. IMA-  
GINES ARGENTEAS DEORVM. SEPTEM.  
POST DEDICATIONEM SCHOLAE ET  
MVTYLOS CVM TABELLA AENA DE-  
SVA PECVNIA DEDERUNT. Hic Cippus  
inuentus est, super Stilichonis statua iacebat, ut titu-  
lus declarat.

FL. STILICHONI V. C.  
FLAVIO STILICHONI ILLVSTRISSIMO  
VIRO MAGISTRO EQVITVM, PEDI-  
TVMQ. COMITI DOMESTICORVM  
TRIBUNO PRAETORIANO, ET AB IN-  
EVNTAE AETATE PER GRADVS CLA-  
RISSIMAE MILITIAE AD COLVMEN  
GLORIAE SEMPERNAE, ET REGIAE  
ADFINITATIS ERECTO PRO GENERO  
CIVI THEODOSII AVGUSTI IN OMNI-  
BUS BELLIS ATQ. VICTORIIS, ET ABEQ.  
IN ADFINITATEM REGIAM COOPTA-  
TO, ITEM QVAE SOCERO DN. HONO-  
RI AVGUSTI AFRICA CONSILIUS EIVS  
EX PROVISIONIB LIBERATA. EX. S. C.

Paucis

Paucis ab hinc annis ex Romano Foro lapides excauati sunt, in quibus consulum dictatorum, ac tribunorum militum cum potestate consulari nomina sculpta leguntur. Sumuntq; à nominibus Romanorum Regum principium, atq; ad Augustum Imperatorem usq; perueniunt. Visuntur præterea incisa eorum nomina, qui triumphum ducere meruerunt, & quo tempore triumpharunt. Sunt hæc lapidum fragmēta, ideoq; minus ordo temporū percipitur, multisq; in locis consumptis literis, non satis plane leguntur. Hi lapides nunc in muro palatiū conseruatorū sub dio positi sunt impensa uidelicet cardinalis Parrensis, ut inscriptione super Catalogo dictorū magistratum apparet, & epigrāmate Cardinalis Visei sub isdem literis inciso.

De septimij fornice de Miliario Aureo, de aede  
Saturni, & de Aerario.

Cap. XI.

**A**D capitolij radices initio fori prope locum sapierius expositum ē regione templi D. Marie ad hanc usq; etatem septimij fornix est quamuis semiuistus, ac dirutus, is autē fuit septimij Seueri, quæ ceteris omnibus romanis pulchritudine longe prestatissime commemorat. Hic, victoriæ alatae, & simul trophea, belliq; reliqua simulacra terrestria, naualiaq; cōspiciuntur, hic huiusmodi inscriptio apposita ē

**IMP. CAES. LVCIO SEPTIMO M. FIL.  
SEVERO PIO PERTINACI AVG. PATRI**

R

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
PATRIAE PARTHICO, ARABICO, ET  
PARTICO ADIABENICO PONTIF. MAX.  
TRIBVNIC. POTETS. XI. IMP. XI. COS. III.  
PROCONS. ET IMP. CAES. M. AVRELIO L.  
FIL. ANTONINO AVG. PIO FOELICI TRI  
BVNIC. POTEST. VI. COS. PROCONS. P. P.  
OPTIMIS, FORTISSIMISQ. PRINCIPIS  
BVS OB REM. RESTITVTAM, IMPER  
RIVMQ. POPVLI ROMANI PROPAGA  
TVM IN SIGNIBVS VIRTUTIBVS EORVM  
DOMI, FORISQ. S. P. Q. R.

Quamvis huic Imperatori fornix erectus est, trium  
phare tamen noluit. Ne de suis triumphum agere us  
deretur, uel quod non satis commode in curru sede  
re posset, cum ex pedibus uehementer laboraret. Fi  
lio tamen id concessit, ut in ea re suis uicibus fungi  
retur. Huiusmodi autem fornices ijs ponimmoſ erat,  
qui ex prouincijs rebus bene gestis ad urbem uicto  
res reuertebantur. Quamobrem in ijs uictoriarum

Ceterarumq; rerum insignium simulacra incidi sole  
bant. Plinius Titi ep̄f̄e autor est sua etate hanc consuetudinē  
fornicum decernendorum cōpisse, idq; uerisimile fit  
cum nullum uetustiorem Romę conspiciamus, quā  
Titi, cuius tempore is autor fuerat. Veteres: n. pro  
fornicibus triumphales statuas, siue etiam trophea  
clarissimis Imperatoribus erigere consueuerunt,  
in Exquilijs hodie uidere licet, in quibus Marij ob  
deuictos Cymbros ad hanc usq; diem trophea serua  
tur. In septimiis fornicis conspectu Miliarium an-

reum Romanum fuisse ferunt. Fuit autem columnæ ex qua, ut tradit Plin. omnes uiae Italie initium capiebant, ex hac n. columnæ descendentes ad quasuis urbis portas erat accessus, quidam ibi omnes Italie uias incisas, atq; ibi terminasse putauerunt. In urbis autem umbilico eam constituant, ad caput Romani fori locauit Plinius, ad saturni templum ponit tacitus. Hæc autem omnia inter se loca quam proxima fuisse certum est. Saturni templum id fuisse olim existimatur quod D. Adriani hodie appellant. Macrobius tradit id à Tullo Hostilio sacratum, tuncq; Saturnalia primum sunt instituta. quamvis alij aliter sentiant. uerū templorum Saturni diuersitas id effecit. In ijs illud numeratur, quod Augusti hortatu Munatius Planus erexit, quod uero fuit in foro longe omnium clarissimum, atq; celeberrimum putatur fuisse. Nam Asconius in ipso Romano foro ærarium positum, idemq; in saturni templo fuisse dicit, aiunt n. hoc regnante ne nomine quidem furti extitisse, cum omnia essent communia. Sed omnia cum fide firmata, atq; iustitia gererentur, nonnulli uero id accidisse, aiunt, quod prius omnium pecuniae signanda in Italia autor extiterit. Scribit Plinius annis septemante bellum punici tertium in ærario romano auri pondo DCCXXVII. argenti nonaginta duo millia, et in pecunijs CCC. et LXXXV. M. fuisse, Ex quo facile djudicari licet, quanta accessio fieri Potuerit ærarij, tot prouincijs, Regnisq; à Romanis partis, in ærario publica acta, atq; una de cœta sena

Scribit qd' dñi  
non fuit. Unde  
ocid. datat. Sat.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
bus Elephantini libri insuper, quibus XXXV. Tri-  
bus notatae essent, afferuabantur. Cæsar ad omnem  
calumniam, odiumq; tollendum libras, quot in æra=  
rio fuere, Suetonio autore, in quibus proscriptorum  
nomina lacerent, comburi iussit. mos erat, ut prius=  
quam quicquam aliud agerent, legati qui ex omni=  
bus orbis regionibus Romam mittebantur, ad satur  
næ ærarium accederent, ubi eorum nomina pœfectus  
in libro describeret. Nam questorum fuit cura, pro=  
viderent, ne quid illis decesset. quamvis uero legatorū  
multitudine effectum esset, ut ex publico non aleren=  
tur, illud nihilominus obseruatum est .s. ut nomina  
in ærario darent. Profecto omnia, quæ ad publicum  
attinerent, in ærario custodiebantur. Scribit Plinius  
ex Perse Macedonum rege deuicto tantum auri at=  
que argenti in ærarium ingestum, ut omnia uectiga=  
lia usq; ad Hircij, & Pansæ consulatum amota, cuiu=  
vicesimæ loci, tatem mirifice relevarint. In ærario locus fuit Vi=  
cesimarius appellatus, quod in eo omnium prouætuū  
publicorum uigesima pars, quam nemo tangeret, nō  
si re quæpiā maxime premēte, reponeretur. Hic ubi  
primum designati censores erant, iurare soliti sunt.  
In huius templi summitate Tritones fuisse Macrobi  
us scribit, quæ bucinæ incurue ex marinis conchilijs  
factæ dicuntur. Hoc templum scribente Plinio, quo  
niam ficus arbor radicibus serpentibus Syluani, at=  
que Iridis simulacrum quod ante id templum erat,  
subuerteret, sublatū numismatum est. Ingentem uinc  
ex ære, parua admodum forma, & semiuorum no

Istro eno de fossam scimus, quam obrem pleriq; addit  
eti sunt ut cundendarum pecuniarum officinam ibi  
fuisse putarent, quam in capitolium translatam ac  
cepimus, quo ante a loco fuerat, ad Monetæ Iunonis  
templum. Multi in eo Saturni templo quod ad radiis  
capitolij esset, de quo demonstratum iam est, æra  
rium fuisse putant, ideo persuasi quod is locus nostro  
etiam tempore D. Saluatoris cognomento in æra=  
rio, aut in statera nominatus est. Quoniam uero op=   
timo reip. statu, ut Asconius est autor, ærarium in fo=   
ro fuisse romano, nihil obstatre putamus, quo minus  
in hoc peruetusto Saturni templo, quod ad capitolij  
radicem fuit, ærarium extiterit. Hoc n. longe eo an=   
tiquior est, quod in foro locauimus. Accedit quod ta=   
metsi in illud templum tanquam clarius ac celebrius  
translatum fuerit ærarium, haic tamen ærarij nomē  
succendentibus postea temporibus remanserit. Dicere  
autē nemo audeat, eo usq; forum attigisse, ut in eo id  
templum fuisse, presertim si, que de iugario uero  
exposuimus, meminerit.

De templo Iouis statoris, de Tarquinij  
domo de rostris. Cap. XII.

**S**TATORIS Iouis templum à Romulo ibi est con=   
ditum, ubi contra Sabinos stetit, cum Iouē oras  
set, ut sui prope terga uertentes stetissent, ad palati=   
ni fuit radicem, prope D. Mariā liberatricem, hic  
autem adhuc altissimi parietes extant. In extrema fo-

F iiy

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

ri Romani parte. Liuus ponit, qua Palatinus est, ait. n. Romanis à Sabinis usq; ad palati fore exag-  
tatis, & toto foro effusis. hic Romulum templū uo-  
uisse, quod postea soluisset. hic senatus haberi sēpissi-  
me solebat, non semel refectum est, ex maximo Nero  
uis Incendio conflagravit. ē regione istius templi  
scribit Liuus Tarquinij superbi fuisse domum, in  
cuius atrio Annius feccialis sibi ipsi statuam locarit  
cum Romani bello nauati. Antiates superassent, ex  
eorum nauium rostris forum, sagittariis ornarū,  
ut uero aliqui putant de nouo, ex are ipso quod  
nauibus. detraxerant factus est, quare locus, ac  
templum rostra appellatum est. Duobus in locis  
fuere rostra, quamobrem ex nouorū ac uetus torum  
rostrorum mētio est. Noua prope Iouis statoris fue-  
re templum, qua parte capitolium spectatur, ad pala-  
tini radices, atq; in foro quidem, media fere inter Io-  
uis statoris, atq; Augusti templum. Vetera ex Asco-  
nij sententia in comitijs apud Curiam Hostiliam, at-  
que eō postea, ubi noua posuimus, translata sunt.  
Vterq; autē ex ijs locis celeberrimus fuit. In rostris  
Magistratus sedentes iura administrabāt, ex ijs con-  
ciones siebant. Legesq; proferebantur, ad Rostra  
quippe, qui locus esset celeberrimus, statuae eri-  
gebātur. Ideo accepimus tres ibi fuisse Sybillæ, unā  
Camilli, Celij quatuor, antiquissimæ illæ quidem Ro-  
sci, Nautij, Fulcinij, qui cum ad Fidenatos legati missi  
essent, ab illis occisi sunt. Eodem loco, sed celebriori,  
Cn. Octanij fuit simulacrum, ut asserit plinius. Cn.

Rostra.

Octavio, qui Regem Antiochum daturum sacerdos-  
sum dicetem, uirga, quam tenebat forte, circumscrip-  
sisset, et priusquam egredetur circulo illo, respōsum  
dare coegisset, in ea legatione imperfecto, senatū statuā  
tuam poni iussisse occultatissimo loco in rostris  
Hoctamen nonnulli pomphilio tribuunt. Ad rostra  
Equestrē statuā aurea sylla habuit hæc inscriptio est  
**CORNELIO SYLLAE IMPERATORI FOR-**  
**TVNATO.** Addit Plinius iuxta eadē rostra. Her-  
culis tunicati eleo habitu Romæ, torua facie statuā  
fuisse, in qua tres tituli. L. Luculli Imperatoris de  
mannubīs, alter, Pupillum Luculli filium ex. S. C.  
dedicasse, Tertius, T. septimium Sabinum ædilē cur-  
rulem ex priuato in publicum restituisse. Ita quisq;  
putabat bac uia sibi laudem comparare. Sribit Dio-  
nysius ex aliorum sententia loco fori Romani celer-  
bri ac claro Leonem lapideum pro rostris iacuisse.  
Faustuli corpori impositum, cum ibi esset interfe-  
ctus, quod Romuli, ac Remi pugnantium inter se in  
ermis certamen dirimere uoluisset, in ijs preponi eo-  
rum capita solebant, qui ob insignem aliquam cau-  
sam imperfecti fuissent, tradit. n. Appianus Marij Iu-  
nioris caput pro rostris medio foro à Sylla affixū  
post Rostra uetera Romuli sepulcrum fuisse uolunt.  
Erant autem uetera hec rostra è regione Grecostan-  
sis, ut uero utraq; rostra clara, atq; illustria fuissent.  
nihilominus maiorem partem rerum, de quibus su-  
perius est tractatum, in Veteribus fuisse potiusquam  
in novis existinant.

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

De Equo Domitiani, de lacu Curtio de

Cloaca maxima. Cap.XIII.

**D**omitiani equus aeneus qui canete Statio uide  
memorabile fuit opus, ut etiam inauratum  
ac gemis distinctum atque ornatum fuerit, in me-  
dio foro iuxta eam columnam, quā hodie solam sta-  
re uidemus, positus est paruo abhinc Intervallo, ex  
superiori parte huius colossi, fortasse vero in hortis  
qui ibi expectantur, nobilissimus Lacus fuit, quem  
Curtium appellarunt. De cuius nominis origine ua-  
ria afferuntur. Nonnulli à Metio Curtio Sabino no-  
men accepisse memorant, qui cum in prelio, quod in-  
ter Sabinos ac Romulum commissum esset, Sabini  
pulsi atq; acie iam inclinata laborarent, cunq; eo cur-  
tius adductus esset, ut de salute desperaret, exanguē,  
ac Sauciū cessisse, seq; in lacum profundum recepīs-  
se, atque in eum se cum armis coniecisse, ex quo cum  
incolumis euafisset, Curtij nomine lacum appellatū.  
Alij in medio foro hiatu factō terram cauerna inge-  
ti desedisse ferunt, quæ cum repleri nulla ratiō pos-  
set, cum augures dixissent ad eam opplendam, mor-  
bumq; ciuitate tollendum opus esse ut in illam quod  
preciosissimum præter cetera omnia Romæ esset, in-  
gererent, Curtium Equitem Romanum cum armis  
pro salute, ac liberatione patriæ, & cum equo se in  
specū immisisse, quamobr: em effectum est, ut hiatus  
conclusus statim fuerit, ac pestis repēte cessarit. Scri-  
bit Liuius lacum Curtiū non ab antiquo illo: T. Tā-

Hiatus in foro.

Ex milite Curtio Metio, sed ab hoc appellatum, non  
menig à recentiori facto fuisse seruatum priori ob-  
literato. Quidam à Curtio consule cognominatum  
volunt, qui cum ibi fulmen cecidisset, ex. S.C. septus  
sit. ait Varro ex hoc lacu cloacam publice deriuata.  
Liuius memorat à Tarquinio Prisco Cloacam maxi-  
mam factam, quo omnes urbis totius fordes defer-  
rentur in Tyberim, adeo uero magnificum, ac specta-  
dum fuit opus, ut cum omnibus preclaris ædificijs,  
qua etiam maxime florente rep. instituta essent, com-  
parari merito potuisset. Plinius scribit ex quo hoc  
opus erat factum à Tarquinio Prisco, DCCC. annis  
prope inexpugnabilem ad sua usq; tempora duras-  
se. Amplitudine aut ea fuisse ait, ut uehem feni lar-  
ge onustam per illam transmitti commodissime pos-  
set. sunt qui eius mensuram hodie seruent. Aliuntq;  
XII. pedum latitudinem habere, nam multis in lo-  
cis eius rei uestigia uidentur, subdit uero Plinius cū  
hoc opus Tarquinius Priscus plebis manibus face-  
ret, essetq; labor, incertum, longior an periculosior,  
passim consciente nece quiritibus tedium fugientibus,  
nouum, et in excogitatum antea, poste ag; remedium  
inuenit ille rex, ut omnium defunctorum crucibus fe-  
geret corpora spectada ciubus, simul, et feribus uo-  
lucribusq; laceranda. Quamo brem pudor Ro. nomi-  
nis proprius, qui saepe res perditas seruauit in præ-  
lijs, tunc quoq; subuenit. Plinius autem nepos scribit  
quiritum fossas appellatas, quod à quiritibus hoc  
est Romanis essent factæ, tametsi Liuius scribit

Cloacaferis

# DE ANTIQ. V RBIS ROMAE

fossas quiritum Anti Martij opus fuisse, ad planitie  
urbis muniendam. Sic apparet duo hæc ædificia uno  
nomine appellata. Non omittendum est illud quod non  
nulli putent quiritum fossam eam fuisse, quam Tar-  
quinius post suos aggeres struxerit. Postea uero in  
hæc ipsam cloacam VII. ingetes riups corrivauit M.  
Agrippa, qui cloacæ sordes summoentes mundicie  
illam reddebat. Non me fugit plerasq; alias fuisse  
Rome Cloacas, que tamen omnes in banc unam in-  
fluebant. De hac autem hoc loco diximus, quoniam  
illa per Romanum forum transiens, super lacu Cur-  
tio facta est. In cloaca maximam statuam repertam  
dicunt, Cloacina deæ dicatam. Tripliciter aiunt du-  
sam ad Iouis statoris templum, partemq; huius ho-  
die etiam per uelabrum excurrere uidemus, ac in Ty-  
berim peruenire, modico interuallo ab inferiori pon-  
te D. Marie, harum cloacarum constituti erant pre-  
fecti, quarum præcipua cura esset ut ex uetustissimis  
monumentis apparet, inter que sequens nunc ante Ia-  
nuam domus Vicentij Rustici Romani ciuis posta  
uidetur, cum apud pontem sextum reperta fuisse.

EX AVCTORITATE IMP. CAESARIS  
DIVI TRAIANI PARTHICI F. DIVI NER-  
VAE NEPOTIS TRAIANI HADRIANI  
AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POTEST.  
V.IMP.III. COS.III.MESSIVS RVSTICVS  
CVRATOR ALVEI ET RIPARVM TIBE-  
RIS ET CLOACARVM VRBIS R. R. RE-  
STITVIT SECUNDVM PRAECEDENTEM

Cloacina Dea.

TERMINATIONEM PROXIMI. CIPB.  
PED. CXV. S. idem ex alio marmore antiquis  
fimo significatur. EX AVCTORITATE IM.  
CAESARIS DIVI NERVAE FIL. NERVAE  
TRAIANI AVG.GERM.PONTIFICIS MA  
XIMI TRIBVNIC. POTESTAT. V. C O S.  
III. P. P. TI. IVLIVS FEROX CVRATOR  
ALVEI ET RIPARVM TIBERIS ET  
CLOACARVM VRBIS TERMINAVIT RI  
PAM RR. PROXIMO CIPPO PCCCLXX  
XVI S. Accepimus fordes sumusq; cloacarū mil  
le Talentis, quod ad fertilitatem effet omnium opti-  
mum, olitoribus uendi solutum à censoribus.

De Basiliæ Pauli Aemiliij, de templo Iulij Cesa-  
ris, Castoris ac Pollucis, atq; Augusti, deq; pon  
te Calligulæ. Cap. XIII.

**V**T uero ordinem institutum sequamur, scribit  
Statius Equum Domitiani Pauli Aemiliij basi-  
licā à Sinistra, à dextra Iulij Cæsar's templum ba-  
buisse, posteriori parte concordie templum spectas  
se, quare apparet in medio foro basilicā Pauli Aemi-  
lij (ut ex Epistola C. Tullij colligitur) pulcherri-  
mam fuisse, Plinius, et columnis phrygijs mirabi-  
lem, atq; inter magnifica opera quæ Romæ specta-  
ri possent numerat. Plutarchus nouies centena millia  
numum in hac basilica expensa scribit, quæ Cos. cum  
Marcello à Cæsare acceperat, quare sibi ipsum con-

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

ciliarat. Putant fuisse banc inter illud templū, quod  
hodie D. Hadriani nomen habet, et pulcherrimum  
illud Faustinae, ex cuius porticu adhuc decem inge-  
tes columnæ extant, nec diu est cum ibi aliæ columnæ  
maxime, atq; una marmore et tabule aliaq; id generis  
excauata sunt. Iulij Cæsar is templum uero à dextra  
Equi Domitiani erat in medio ut iam diximus foro  
uersus curtium lacum, nam Tacito scribente, Galba  
ante hoc templum Saucius primo iœtu cecidit, Cur-  
tiumq; lacum cruentauit. Tradit. Appianus cum fu-  
nus Cæsaris efferretur in forum, hic primus sibi arā,  
postea uero templum nobilissimum dicatum, in quo  
quidem Augustus excellentissimam picturam castor-  
is ac pollucis tum uictoriae affixerit. Veneris quoq;  
è mari exeuntis simulacrum dicavit. Addunt in co-  
dem foro Castoris fuisse templum, ubi tamen, non  
explicant, non multum à uestae templo abfuisse Dio-  
nysius asserit cum huius templi cōdendi rationem af-  
fert. Ait. n. cum Posthumius dictator ad lacum Regil-  
lum hostem fudisset, cumq; eo prælio accidisset, ut  
duo Iuuenes præclare ex equis posthumio opem fe-  
rentes pugnassent, et undiq; Conquisiti non reperi-  
rentur, existimasse Posthumium ferunt Castore atq;  
pollucem illos fuisse. Quamobrem ijs templum in  
foro erexit, atq; eo quidem loco, ubi conspecti fuerat  
se se atq; equos sudore diffluentes lauare in aqua, que  
ad uestae templum fluebat, ibiq; uictoriae prælio par-  
tam nunciasse. Iccirco sic positum illud templum exi-  
stimator, ut faciem ad forum Romanum, posteriorē

partem ad ueste templum uerteret, ita ut medium eſſet inter Cesaris templum, porticumq; concordie. In hoc templo ſepiſſime ſenatus habebatur rebus publicis diſponēdis. Plinius tradit ante iſpum. Q. Martij Tremuli equeſtre togatam ſtatuam fuſſe, qui Sānites bis denicerat, captaq; Anagnia populum ſtēpendio liberauerat. Ouidius addit Tiberium eiusq; fratre Caſtori ac Pollici templum poſuiffe ad Iuturnæ lacum, quidam tamen id templum, quod erat a Posthumo fuerat, ab ijs potius instauratum. Quis n. putet ad templum ueste Iuturnæ lacum fuſſe: non magno abhinc intervallo Auguſti fuit templum, quod a Tiberio inchoatum, calligula poſtea abſoluit. Is. n. ſuper hoc templo a palatino ad capitolum pontem ſuperbiſſimum duxit, qui LXXX. columnis candidiſimi marmoris ſuſtinebatur, quarum tres adhuc ex palatini, tres ex capitolij parte ſtare uidemus.

De templo Fauſtinæ, de fornice Fabiana, de tribunali Libonis, de templo fani, de doliolis, ac de ceteris, q; in foro Ro. eſſent Cap. XV.

**N**Vlli dubium eſt quin Fauſtinæ templum a Mārito ſibi erectum in foro fuſſet. Nam hoc ipſo tempore iuxta Pauli Aemiliij baſſicam bonam ipſius partem ſtare uidemus. Et ſimil. X. ingentes columnas ipſius porticus, in quibus hec habentur.  
**DIVO ANTONINO ET DIVAE FAVSTI**

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
NAE EX. S. C. In huius autem ruinis D. Laurentij templum fuisse uolunt, cui in miranda cognosciturum est. Proxime hoc templum forniciem Fabiani ac Libonis tribunal fuisse ferunt. Tremellius. n. it ad Faustinae templum locat. Libonis uero puteal, sic latini appellant, prope hunc ipsum forniciem reliqui ponunt. Fornicem autem Asconius in via sacra, quae hinc ad capitolium extendebatur, constituit. Fabius Cess. posuit, in uictoria quam aduersus Allobrogos est consecutus, memoriam. Iccirco in eo fornix scuta, atque cetera uictoriae insignia expressa uidebantur. Hic igitur Libonis erat puteal, ubi iurareddi sapiente solebant, cum is locus a mercatoribus, ac feneritoribus maxime celebraretur. Prope Fanum erat templum, quod Procopij aetate ut ipse afferit, in media foro erat e regione capitolij, addit in eo aeneam celsitatem quadrata fuisse forna, atque ea magnitudine que Fani simulacrum integrum cum duobus capitibus exere quinq; pedum caperet. Subditq; geminas templi fuisse portas, quae pacis tempore claudebantur, belli patebant, Fanumq; geminum appellatum. Nonnulli prope Domitianum equum hoc templum fuisse uolunt, renuera parum ab eo loco, quem supra posuimus, aferunt. In eodem Romano foro locus dicitur fuisse, cui Dolio nomen esset sic vocatus, quia in uidentibus Gallis Sennonibus Sacra Romanorum in eodem loco doliolis condita, illic defossa sunt, a flamine quirinali quidam ideo putant dictum quod multis antea annis Numa quoddam misifica ibi reposuisset, nec desistit.

Libonis tribu  
nal et puteal.

Victoria . . . vieti  
insignia.

fani simul. 2.  
capitib;  
Janii dic, non  
fani.

qui affirment hoc loco senorum Gallorum sepultos  
fuisse cineres. In foro est columna, qua nullum edifi-  
cium sustentatur, sola, ibi erectam putant, ut ea alicui  
fortissimi uiri uirtus, ut mos erat, illustraretur. For-  
tasse aut ea fuit, quam Plinius scribit erecta C. Duillio,  
qui primus nauali prelio Carthaginenses superauit  
atque ibi suisteporibus fuisse tradit. In foro Magistra-  
tus deponi, iura reddi plurimis quidem locis, ac lu-  
di fieri mos erat. quare idem Plinius commemorat  
Cæsarem in gladiatorijs ludis forum texisse, Tunc  
que in capite Tuberonis pretoris Urbani in fo-  
ro iura pro tribunali reddentis, auem picum ita pla-  
cide sedisse, ut manu prehederetur. in foro R.O. Cæsa-  
ri equestris statua erecta est, in cuius capite crinita  
erat stella, quemadmodum in nonnullis numismatis  
xiis uidere licet. Augustus preterea alia habere me-  
ruit, sed aliae per plures extiterent. Quamobrem Plinius  
meminit, omnes aliquando quotquot fuissent. sta-  
tuas fori sublatas eorum qui magistratum gesissent,  
exceptis ijs, que aut populi, aut senatus decreto erat  
posita. Plurime item fuere columnæ, ut hominū Vir-  
tutem testarentur. In ijs Cæsari R.O. populus statuit  
ex solidō marmore ex Numidia uecto XX fere pe-  
dum. Hac inscriptione. PATRI P A T R I A E.  
Omnium uero q̄ Romæ erat et essent antiquissimā. C.  
Moenij fuisse oblatinos viētos Plinius refert. Scribit  
Dionysius in foro ipso sup angulari lapide triū Al-  
banorū fratrū qui à tribus Horatijs fuissent supe-  
rati, spolia affixa, quare Horatiorū pila meruit ap-

Cineres Serm.  
num.

Picus Cicer.

DE ANTIQ. VRBIS ROME  
pellari, plurimis etiam picturis ornatissimum fuit; scilicet  
rum, sic circoscribit Plinius Lucium Hostilium Man-  
eum, qui primus Carthaginem irruperat, situm eius,  
expugnationesque depictas proponendo infero, ex ip-  
suum assistente populo spectati singula enarrare solitu-

De locis Comitiij, sed in primis de Romuli tem-  
plo, de Basilica portia, de domo Mœnij,  
ac de Curia Hostilia. Cap. XVI.

Proptera Reorum quod et Comitium appellauero  
Faustinae porticus sese offert, quam in foro simi-  
liter esse dictum est, eademque cum templo D. Cosmi  
ac Damiani, quod Remi quidam, nonnulli Romua-  
li, plerique utriusque templum fuisse volunt. Quemad-  
modum n*on* i*n* nempe Romulus, ac Remus, ita Cosmus  
ac Damianus fratres fuere. Hoc autem prudenter  
ueteres animaduerterunt, qui cum Getilium temple  
nostris sanctis accommodarent, quo ad eius fieri po-  
tuit similitudinem aliquam in ijs seruare, ac retinere  
noluerunt. Id in eo templo commutando obseruau-  
runt, quod Pantheon Priisci uocabant, cum omnium  
sanctorum nomine permutarint. Idem in Carmentae  
et Catherinae, in Herculis, qui Alexicatos uocabantur,  
et D. Alexij, sicque in ceteris templis prudentissime  
secuti sunt. Plinius est autor Caruilium Conser-  
vem uictis Sabinis Romulo hoc templum Construifa-  
se, atque hostium spolijs exornasse, tabulae marmoreae  
plurimae in parietibus uisentur, primo aditu rotun-  
dum est,

dum est, superiori uero parte apertum ad lumen ac cipiendum instar Diue Mariæ Rotundæ. Interior pars quadrati lōgioris formā tenet durant adhuc us tūstissimæ ipsius fores ex ære factæ. Statim succedit Catonis Basilica, quam Cēsor ex ære publico edificatam Portiam appellauit. Quoniam uero in basilicis iura reddi solerent, ex maxima queq; tractari Trib. Plebis dicente Plutarcho unam ex his columnis, quod esset impedimentum, loco ammouere consti-  
 tuerunt. Basilica quidem nihil aliud quam domum regiam significat Vitruius de basilicis precipiēs monet ipsas cum foro coniungi, locisq; quam maxime apricis, ut per hyemē commodius Mercatores expōnere res suas possint. Igitur in basilicis mercatores versari, ac iura dici consueuerunt. Sciendū quo pri-  
 mum loco Portia fuit basilica, Mœniū domum fuisse. Is autem Mœnius fertur absumpto patrimonio domum etiam ipsam uendidiisse Catoni, quam ad forū spectantem habebat, una sibi excepta columna, unde ludos gladiatoriōs, signis tabulatisq; exterius porrectis spectaret, quæ postea ex eo Mœniū Columna nominata est, inde omnia edificia ex porrecta ad spectādum Meniana sunt dicta. Asconius refert Clo-  
 dij corpus in Curiam illatum, crematumq; subsellijs, et tribunalibus et mensis, et codicibus librariorū, quo igne ex ipso quoq; curia flagrarit, et item Portia basilica, quæ erat ei iuncta, ambusta est. Sequebatur Curia Hostilia à Tullo Hostilio extorta, ut ait Varro, ultra ueterem Curiam à Romulo edificatā,

**D E A N T I Q V R B I S R O M A E**  
non ingentem tamen alij inter uetrem, ac Portianis  
locant Hostiliam. in huius conspectu rostra uetera  
fuere, de quibus tunc est dictum, cum de nouis expo-  
suimus. Ait Plinius eodem igne quo curia hostilia co-  
sumpta est, Actij Nauij quoq; statuae basim, qua pro-  
pe esset, dirutam atq; euersam. Idem autor scribit  
Messalam principem tabulam picture prelij, quo  
Carthaginenses, & Hieronem in Sicilia deuicerat,  
proposuisse in latere Curiæ Hostiliæ anno ab urbe  
condita quadringentesimo nonagesimo. Sequenti tem-  
pore in ruinis marmor inuentum accepimus in quo  
essent haec uerba. **I N C V R I A H O S T I L I A.**  
Nullibi aut excepto illo templo, quod augurato dia-  
catum, Consacratumq; fuerat, de rebus ad rem p. spe  
et antibus tractari licebat. Quare non omnibus in te-  
plis de ijs agi poterat, in quibus haec facultas es-  
set, Curiæ uocabantur, haec duorum generum fuere,  
alia n. erat in qua de religione tractarent, qualis ue-  
tus fuit Curia, alia in qua de rebus publicis agerent  
sicut Hostilia, Victruuus ponit tria haec loca scilicet  
Curiam, aerarium, ac Carcerem in foro esse oportere.

De domo Cæsaris, de Porticu Liuiæ de templo  
Pacis de via sacra. Cap. XVII.

**V**i maximum templum pacis solo equatum iace-  
re uidetur, non procul à D. Cosmi ac Damiani  
templo, ferunt. C. Cæsar is olim fuisse domum. Is scri-  
bente Suetonio in suburra prius habitauit modicis

quidem edibus, post autem pontificatum Maximum  
in sacra via domo publica. Hæc aut sunt ædes quæ cū  
Iulia sumptuosissime ornasset, Augustus diruit, ibiq;  
Liuie uxori porticum erexit, In hac porticu memi-  
nit Plinius uitem fuisse adeo diffusam, atq; opacam,  
ut ambulationes omnes sub diales umbrosis pergulis  
opacaret. Adeoq; facundam, ut ex ea duodenas mu-  
sti amphoras conficeret. Ex huius loci superiori par-  
te, Curieq; Hostiliæ tum basilice Portiæ, de quibus  
Paulo ante diximus, Vespasianus postea pacis ~~templum~~  
plum condidit, tametsi nonnulli putent Cæsaris ædes,  
ac Liuie porticum superiori loco fuisse basilice Por-  
tiæ, Curieq; Hostiliæ constitutam. Verum Pacis tem-  
plum magnitudine, Pulchritudine, ac diuitijs omnia  
romana templo superasse affirmant. Nec mirum, cū  
in illo omnia uasa, atq; ornamenta præiosa, que ex  
Hierosolymæ templo exportata, atq; in Triumpho,  
à Tito ducta sunt, tēplo reposita fuerint, non obscur-  
rum sit. Huius uero Triumphi, ac Victoriae simula-  
cra adhuc in ipsius Titi fornice spectantur. Inter ea  
uero quibus id templū ornatum ditatumq; fuit. Om-  
nia indumentorum genera, que in Salomonis familia  
plurimi estimarentur, quod gemnis ornata essent, co-  
congesta, atq; importata fuere. Sed hæc omnia Alan-  
ricus Senior Gothus Roma Capta ex hoc templo sū-  
mouisse dicitur. Herodianus afferit istud templum  
repente, et prope diuinitus sub Commodo Imp. to-  
tum conflagrassæ. Irridēda uulgi opinio est existinan-  
tis maiorem huiusc templi Partem corruisse Cbris

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
se non scente, singulisq; annis die ipsius Natali para-  
tem dissolui, præfertim cum constet annos ferme  
LXXX. post natum Christum à Vespasiano conditum. Non me tamen latet aram Paci ab Augusto po-  
sitam, quam Agrippa auxerit, ubi tamen fuerit non  
liquet. Nec procul à pacis ruinis in hortis D. Mariae  
nouæ duo fornices conspiciuntur uetusq; illi  
quidem, alter ad occidentem, alter ad orientem spe-  
stat. Ideo nonnulli, duo templa soli alterum, lunæ ue-  
ro alterum posita putant, que autore Varrone T.  
Tatius crexerit. Isidis, ac Serapidis fuisse, sunt qui  
uelint uerbis Victruij adducti, qui uidetur præcipe-  
re, ut Isidi serapidiq; in foro ubi ad mercatum conue-  
nirent, templa constituenda, hic autem s. in via sacra  
et celebrari mos fuit referēte Varrone; hæc autē uia,  
ut idem est autor à carinis inchoare, atq; à cella sibi  
via ex superiori parte Amphitheatri, ad Titi uero  
fornicē extendi, atq; ex ipsius loci regione, ubi sunt  
D. Mariae nouæ horti, in forum uero peruenire, ca-  
pitolumq; attingere, pacis templo à dextra, ijs uero  
duobus templis quorum uestigia in D. Mariae nouæ  
hortis apparere dicebamus à sinistra relicta. Hoc  
pacto sacra uia partim Comitij erat, partim fori Ro-  
mani. Quare multa in via sacra esse dicuntur, que in  
foro, ac Comitio esse priuabantur. Id de Cæsar's ædi-  
bus, ubi postea Luiæ porticus fuit, dici potest, Plinius  
narrat ludis gladiatorijs, quos ipse exhibuit, ab eius  
domo usq; ad Capitolium forum omne ac viæ sacræ  
linteis, ac uelis contexisse. Scribit Varro hic appella-

cam utam, quoniam singulis mensibus Augures ab arce capitolij discedentes per eam ad auguria captanda accederet. Alij à foedere, quod primum inter Romulum atq; Tatium percussum sit, ita nominata uolunt. In huius uiae capite iuxta Larium ædem domum habuit Ancus Martius. In eadem Mercatus frequentissimus fiebat, ac nouæ fruges, Pomaq; hic uendi solita.

De ficu ruminali, de loco proprio Comitiij de Grecostasi, de concordiae templo, de senatu, de domo Faustuli, Catilinæ, Scauri, ac de Vulcani templo Cap. XVIII.

**E**xpositis ijs locis, que à Sinistra fuissent Comitiij, nunc ad ea quæ ex alia parte iuxta palatini radices erant, ueniamus. Ficus Ruminalis sub qua Romulum, ac Remum expositos memorant, in medio se re huius collis latere fuit, ea parte, qua Romuli tempulum, curiaq; Hostilia spectatur. Quoniam uero ibi germani fratres uel expositi, uel educati essent, Ger malum locum nominauere, Varro innuit in Palatini margine locum fuisse, qui, ut alijs interpretantur, ex ea parte, quæ supra Iouem statorem est, usq; ad eum locum fere, qui Titi fornici opponitur, extédebat, atq; inde ad eum usq; locum, qui è Constantini fornici regione est, Veliam appellatam. Tacitus grauissimus autor Ruminalem ficum scribit, quæ esset in Comitio, & quæ DCCCXL. ann. amplius uiuam Ro-

G ij.

## DE ANTIQ: VRBIS ROMAE

enuli Remiq; memoriam uiuens ipsa ac uirens conservasset, aliquando exaruisse ramis, truncog; prorsus amissio, idq; pro tristi omne habitu, quousq; ad radices non repululasset, Vrbi exitium significari existimatum esse, quamobrem sacerdotes multū laborasse memorut. Alij à Romulo quasi Romularem uocatam putarunt. Pleriq; à lupa, cuius mammis educati Pueri fnissent, quod eas Rumas latini appellarent, dixer. Quidum quod sub ea armenta aestatis tempore frigora captantes herbas ruminare cōsueuissent. Ex eadem ficu picum auem cibum pueris ferentem, deuolasse solitum ferunt. Ouidius suo etiam tempore huius arboris uestigia apparuisse indicat, quā Cornelij insuper Taciti etate qui Ouidio posterior fuit durasse superius demonstrauimus. Plinius, cum Tacito par etate scribit maximam fuisse sacerdotibus curam, ut si quando exaresceret, statim repastinatione renouaretur. Prodiq; hoc loco diu in huius rei memoriam lupæ puerorumq; simulacru ex ære; quod, ut antea dictum est in capitulo spectatur. Hoc uero Liuius tradit ab Aedilibus fieri iussum, et simul alia per multa ex fænectorum damnationibus. Sub hunc locum Comitium uolunt omnino fuisse, ast mul citando appellatum, quod eo populus ad magistratus creandos conueniret. Vnde etiam Comitia dies dicti Comitijs gerendis apti, ac dicati, quibus cum populo agi licebat. Ita uero uocatum Plutarclus existimat, quod in eum locum Romulus, ac Taci ad fædera conuenissent. Liuius tradit Comitium,

eum nunquam teatum fuisset, tum primum coopertū cum in Italiam Annibal descendit. Suetonius prodit à Cæsare refectū. Hic Horatij Coelitis statua fuit, qui pontem solus contra Etruscos defendit, hæc usque ad Pliniū tempora ipso afferente durauit. Hermiodori Ephesij præterea alia extitit à Romanis ercta quod sub Decemuris leges è Græcia Romam allatas fuerat interpretatus. Græcostasis uero locus dicitur fuisse, ubi Nationum subsisterent legati, qui ad senatum essent misi, à Græcis ut pote à nobiliori nomen accepit, quippe quod ea gens discipularum omnium liberalium, atq; artium scientia cæteras nationes longissimo interuallo superaret, ex precipue floreret, Iccirco pro dignitate ijs domicilium tribuebatur. Super Comitium erat Græcostasis, collis margini, ac palatij, quod erat in Palatino incumbens. Quare hunc locum, multosq; super Comitijs appellare soliti sunt, non autem in Comitijs, tametsi proxima essent. Multis gradibus in Græcostasi ascēdebatur. Plinius narrat Flavium uouisse edem concordie, si populo recōciliasset ordines, ex cum id pecunia publica non decerneretur, ex multatitia fœneratoribus condemnatis ediculam æream fecisse in Græcostasi, incidiq; in tabula ærea fecisse edem. C. quatuor annis post Capitolium dedicatum, multa concordie fuere templana, nam præter ea de quibus antea dictum est, uel Camili, uel Fuluij dedicatione nota, aliud à Liua Germanici matre positum est, ob eam Concordiam, qua trāquillissime cum viro uix erat. Nam, ut etiam Suetonius

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

intus est autor. Tiberius dicauit. Volunt autem hoc tē  
plum in Liue fuisse porticu. Aliqui in Vulcani foro  
locant. In hoc templo Sardonichen gemmam fuisse  
diunt aureo cornu Augustæ dono inclusā. Scribuntq;  
Polycratis Samij Tyranni fuisse gemmam. Hūc tra= =  
dunt cū sibi uisus esset ad summe fœlicitatis fastigii  
peruenisse, ut fortunam, si posset, placaret, ut secun= =  
dum uitæ cursum perpetuumq; sine ulla offensione,  
futuriq; mali timore teneret, in altum nauigio proue= =  
ctum, atque in profundum Annulum, qui hāc ipsam  
gemma haberet, ē digito detractum, sibi alioqui ca= =  
rissimum proiecisse. Verum fortuna ipsa non passa  
ea de causa Tyrānum mōerere, in Piscis eximie ma= =  
gnitudinis uentre reseruauit, cumq; ille retibus ali= =  
quando captus, à Regis seruis esset emptus, in uentre  
annulus repertus est. Ferunt præterea Maniliū præ= =  
torem Galliæ concordiæ templum uouisse quod po= =  
stea ex .S.C. edificauit. Ex ijs templis unū, nam qđ  
fuerit plane ignoratur, ab Opimio Cos. inuitito popu= =  
lo aut instauratum, aut conditum putant. Ideo noctu  
ibi scriptum est, OPVS VECORDIAE TEM= =  
PLVM CONCORDIAE FECIT. Supra Græ= =  
costasim, ut Varroni Placet, ubi erat concordiæ tem= =  
plum, ex Basilica Opimiij, senatus ad res cōmunes tra= =  
ctandas congregabatur, unde etiam senaculum locū  
appellauere. Sed uarijs temporibus uaria fuere sena= =  
cula, nam præter hoc, concordiæ templum mediū in= =  
ter capitolium ac forū fuit. In capitolio aliud de quo  
superius. aliud in Martis templo in via Appia, ubi ho

LIBER SECUNDVS.  
stium legatos admittebant, facta potestate mandata  
exponendi. Adde quod suum sendiculum ipsæ etiā fœ  
minæ in quirinali ab Heliogabalo cōstitutum habue  
re. Supra Comitium ad Gr̄. ecostasim, sicumq; rumi  
nalem domū Faustuli tradunt fuisse. Iuxta uero Op̄  
nij basilicæ Catilinæ, è regione uero D. Mariæ nouæ  
scauri ædes fuere. Huius atiū, ut Plinius arbitratur,  
primū marmoreos pariete habuit ex Lucullo quidē  
marmore duodequadragenū pedū longitudine, quam=  
obrem miratur autor grauis simus tam luxuriam  
à censoribus silentio legum tolerari potuisse. Iuxta  
Titi fornicem suo Palatino Vulcani templum à Ti  
to Tatio positum fuit. Hoc autem Sex. Pompeius su  
pra comitium locat. Hic lotō arborem fuisse. Plinius  
Scribit à Romulo plantatum, quæ postea radicibus  
sese usq; ad Cæsaris forum diffudit. Hæc autem om  
nia loca, de quibus est expositum supra Comi  
tium fuisse, in margine Palatini stare quodammo  
do uidebantur.

De Vespasiani fornice.

Cap. XIX.

SUPRA COMITIUM SIMILITATIONE UERUM EX OPPOSITO  
Romani fori in via sacra adhuc Titi Imp. fornix  
conspicitur imperfectus quidem ac fractus uertusates;  
hunc sibi ex Hierosolymæ uictoriae decreuere. Om  
nibusq; qui triumphales essent antiquior existimat  
ur. In huius frontispicio hæc habentur. SENAT  
TVS POPVLVSQ. ROMANVS DIVO TI

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
TO DIVI VESPASIANI F. VESPASIA-  
NO AVGUSTO Sed aliud eiusdem uictorie mo-  
numentum huiusmodi est in ruinis inuentum.

S. P. Q. R.

IMP. TITO CAESARI DIVI VESPASIA-  
NI FILIO VESPASIANO AVG. PONT.  
MAX. TR.POT.X IMPERATOR XVII.  
XIII. P.P. PRINCIPJ SVO. Q VI PRAE-  
CEPTIS PATRIAE CONSILIISQ. ET AV-  
SPICIS GENTEM IV DEORVM DO-  
MVIT, ET VRBEM HIEROSOLYMA M  
OMNIBVS ANTE SE DVCIBVS REGI-  
BVS, GENTIBVS AVT FRVSTRA PE-  
TITAM AVT OMNINO INTENTATAM  
DELEVIT. In eodem fornice currus Triumpbā  
tis siue Arca foederis, cui fasces duodecim præcedunt  
conficitur. Spolia itē ex altera pte ac triūphali pō-  
pa, aureū candelabrum septem ramos continens, in  
quibus septem lumina accendebātur, quibus, ut qui-  
dam cēsent, septem planetæ significabātur, duo præ-  
terea tabulae ex marmore, in quibus tota Lex Moſe  
scripta erat, Vasa templi, aurea mensa, atq; alia præ-  
ciosissima, que ut paulo ante demonstratum est, om-  
nia in Pacis templo quod Vespasianus erexit, Ala-  
ricus uero sc̄nior Roma Capta diripuit, fuere repo-  
sita, sed quando de locis Palatini dici cæptum est, ab  
ijs non uidetur decadendum.

De colle Palatino, de Palatio, quod erat, de Romuli  
domo, Tulij, Flacij. Cap. XX.

**P**alatinus collis omnibus edificijs consumptis, excepto fano D. Nicolai à Calisto pontifice edificato, ad priscam solitudinem redactus uidetur. Nam quemadmodum antea ab ouium, quæ ibi pascerent, balatu, nomen Palatini quasi balatini accepit, ita hoc tempore nihil nisi incultum atq; agreste omnino uideas. Cum uero resp. floreret, Regum atq; Imperatorum, ut ex ipsius ruinis perspici potest, domiciliū fuit. Aruspices ferunt tunc Romani Imperij futurā finem, cum Palatinus non coleretur. Putant nonnulli à Palante Euandri proauo dictum, aliqui à palanteo Arcadie urbe, uel à palando, que uox errare significat, quod illic palare id est errare pecudes pascendo solerent. Seu quod palantes. i. errantes Arcades cum Euandro Ibi confederunt. Alij à Palantia latini uxore cognominatum uolunt. Tremelius Romuleū appellauit hunc collem. Hodie uulgo maius Palatiū uocant. Vnde amplissima quæq; principum domicilia palatia dici capere, quamuis illud Palatiū quod regum temporibus fuit, modicam quandam partem tantum ipsius occuparet. A quo uero fuerit auctum, obscurum est. Suetonius scribit huius partem usque ad forum extensam à Caligula, ac ingenti illo ponte cum Capitolio coniunctam. Hoc autem ideo accidisse putant, quod cum plures particulam tantum fecerint, illius mentionem facere scriptores noluerunt. Huius Palatiū fores iuxta statoris Iouis templum fure Faustinæ fano opposite, huius collis circuitū milium esse passuum nonnulli uolunt, humilis quidē est.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
ac depressus, etdificiorum uero altitudine, ac sublimitate editus uidetur. In ea parte que ad palatijs fores spectat, Seruij Tulij domum fuisse scribunt prater eam quam habuit in Exquilijs, in eodem palatio Artium fuisse dicitur, in quod senatus conuenire frequenter tissimus solebat, quoniam augurato esset etdificatum. Ea autem pars, que contra capitolium est, cum maiorem partem palatijs occuparet, minus frequentes priuatorum habitationibus, atq; etdificijs fuisse memoratur. Hac parte Remuli casam locant. Is autem cum fratre unicus pastorum more multa tuguria ex lignis atq; harundinibus confecerat, Icciraco Dionysius tradit sua etate unum durasse. In huius collis angulo ex palatio ad circum diuertente, casa Romuli dictum. Quod sacrum iij Custodiebant, quibus est horum cura, nihil illi magnificentius addentes, sed siquid aut per hyemem, aut uetusatem laboret, quod reliquum esset muniientes, diruta, ac consumpta quantum possent similia prioribus restituebant. In alio huius collis angulo domus fuit. M. Tulij Ciceronis, quam a Crasso quinquaginta millibus aureorum nostrorum emit. Quam cum esset emptus, nec pecuniam in presens haberet, a Publio Sylla quitum reus erat, mutuo accepit. Haec furore Clodij urgente combusta est. Atq; ibi libertatis templum a Clodio Conditum addita pulcherrima porticu. Sed in Ceramio alteram habuit, ipse. n. scribit Clodium Milonis domum suamq; in Ceramio expugnare, et incendere conatum esse, domumq; P. Sulla pro Ca-

stris sibi ad eam impugnatiōem sumpsisse. Iuxta hāc  
in palatino. M. Flaccus domum habuit super cuius  
ruinis Catulus, Is quicun Mario Cimbros deleuit,  
pulcherrimam porticum edificauit.

De summa Velia, de domo Valerij Publicolæ, de  
templo Victoriae, de penatibus, de orco,  
de Tuli Hostiliū domo, de loco  
Palati, de templo Cybe  
lis. Cap. XXI.

**L**ocus uero, quem Veliam siue summam Veliam  
ab ouium lanis uellendis dixere, nondum usū ton  
dendi excogitato, ut ait Varro ad eam partē uergit,  
quæ est intra Titi fornici, ac Coliscū. In priori igit  
tur Veliae parte, quæ foro propinquior est. Valerij  
Publicolæ fuit domus. Quam, cum uideret popula  
minus placere, quod ibi tanquā in loco edito, ac mu  
nito habitaret, statim deiectam, ac demolitam sub col  
lis radicibus iuxta Turrim, quam Pallaram appello  
lant, edificauit. In huius collis margine fuit Victoriae  
templum à L. postumio Cos. dicatum, prope quod  
Victoriae ipsi Virginis cognomento fanum posuisse  
Catonē Liuius scribit. P. Victor utrunq; locū in mar  
gine Ro. fori locat. Nec procul hinc templum fuit Iu  
nonis sospite. Ab ijs locis sequebatur deorum pena  
tum templum, hoc non multum abesse à foro Diony  
sius tradit, in eo deorum Troianorum imagines fuis  
se, hac inscriptione. DII PENATES. Si autem

*Pallara**Penates Tro  
ianorum.*

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

duorum Adolescentulorum forma erat; pilam manu  
fedendo habentes. Scribit solinus eodem loco, quo  
hoc templum uerat, Tuli Hostilius fuisse domum,  
in qua prius habitauit, quam Hostiliam de suo nomine  
dictam curia m edificasset. Orci uero templum lo  
cauit, prope hunc locum in collis fere angulo, qui est  
supra Constantini fornicem. Hic tradit Lampridius  
Heliogabalu deo suo Heligabalo templum exesis  
sc, quo matris deum ministros, ignem Veste, Palladii,  
Ancilia, atq; omnia quecumq; maxima ueneratione ha  
berentur à Romanis, quo preter ceteros deus ipsius  
deus coleretur. transferre cogitabat. Locus uero Pala  
ladij ibi fuisse dicitur, ubi hodie sanum est D. Andrea  
in pallara, ut appellant, quasi ipsius collis angulo, eius  
autem ingentes ruine admirationis causam afferunt.  
A iunct Palladium uetusissimum fuisse palladis simula  
crum ex ligno à Troia profectum, tunc autem et oculi  
ex hastam simul quam manu teneret, mouisse uo  
lunt. Nauten unum ex Aeneae socijs Troia in Italianas  
hoc intulisse scribunt, diuq; in ueste templo conserua  
tum, neq; cuiq; hoc uidere fas fuit, præter Vestalem;  
Cuius palladij precipua cura tradita esset, conflagrato  
uero Veste templo, à Metello seruatum tradunt. Vnde  
etiam oculis captus dicitur. Hicq; celeberrimo loco  
locatus est. Eodem loco Magnæ deum Matris fuit tē  
plum. Cybelem uocant. à Iunio Bruto dicatum, ludis  
Megalësibus additis. E Pessimunte autem Phrygia ei  
uitate allatum est, quare etiā phrigiā, Matremq; Idæ  
appellant. Hoc autem à scipione Nasica, quem senatus.

Palladium.

optimum iudicauit à flumine, in urbem inductum, in uictoriæ templo, quod erat in palatino, locatum est, quousq; hoc proprium templum, ubi repositum fuit, erectum est. Huus deæ simulacrum tympanum manus tenebat, Turritam uero Coronam capite gestabat. Nauis uero qua uecta erat, in arena, cū Tyberis aquæ ualde exsiccatæ essent, hæsit. Quam tamen Claudia Væstalis mira facilitate zona alligata traxit. Quoniam uero simulacrum luto uolutatum erat, Postero die in Almone fluuiio ablutum, Scipio Nasica, ut Paulo ante dicebamus, per capenam portam in urbem inuexit.

De domo Augusti, de templo Apollinis, de Bibliothecis antiquis, de fidei item templo, de Therapis Palatinis, de uictoriæ templo, plurimisq; locis, q̄ in palatino fuerunt. Ca. XXII.

**E**O autem latere Palatini, quod ad Circum maximū spectat domum augustus habuit, ubi etiam dicente Suetonio natus est, Capita bubula locū appellabant. Primum in domo, quæ calui oratoris fuerat. In palatio postea in ediculis Hortensii, habitauit. Iuxta hāc domum pulcherrimū Apollini templum Augustus cōdidit, cuius etiam nunc uestigia extant. Hoc aut̄ ideo extruxit, quod eo loco de celo percusso, Aruspices ibi templum Apollini erigendum monuerūt. In hoc templo lampades pendebat quasi poma ex arboribus. In eodem poetae sua scripta, ut quæq; probatissima fuissent, reponere soliti sunt. Celeberrimum fuit quidem, supe

DE ANTIQ. VRBIS ROME  
riori loco solis currum habuit, aureum, quare late tan  
quam radijs solis templum splendebat. In eo ipso nobis  
lissimam porticum Augustus fecit, atq; una Bibliothecam  
libris tū græcis, tū latinis ornatisimā. In qua  
Numeriano Imperatori statuam cum hac inscriptio-  
ne posuit. D. NV MAERIANO ORATORI  
POTENTISSIM. In Biblioteca monente Plinio.  
Colossus fuit Appollinis ex ære. L. pedum altitudine.  
In porticu uero Varronis fuit statua sibi uiuenti ære.  
et. Plinius narrat Apollinis simulacrum, quod in eo  
esset templo, scopæ opus, Diana uero, quod ibi erat.  
Timæthi opus fuisse. In area, quæ ante hoc templum  
erat, quattuor Vaccae æneæ, fuere preti filiæ, Miro-  
nis artificis, & excellentissimi arte factæ. In hac area  
locus fuit, quem Romam quadratam vocauere, quod  
murus in quadrum ductus locum cingeret. Ibi autem  
ea omnia, quibus in condēdis urbibus uti solēt, in opti-  
mū augurij signum reponebantur. Hic laurum fuisse  
diunt pulcherrimā, quæ ad capitolij quercum specta-  
ret, tuncq; natā ferunt cum Augustus natus est, hac  
triūphales coronarios fuit. In hoc ipso templo Apol-  
linis Augustus, cū iā admodū senex esset senatū cogere  
aliquando solebat. Suetonius tradit Paulo post Augu-  
sti obitum, quo loco natus erat, cellā sibi erectā. Iux-  
ta hunc locū domū Tiberius habuit, quæ nobilissima  
Biblioteca exornata fuit. Plurimæ autē antiquitus  
Romæ Bibliothecæ memorantur, quarū duæ cele-  
berrimæ sunt existimatæ, Palatina scilicet, quæ eadē  
esse putatur quam in Appolline Augustus constituit.

Atq;

Bibliotheca

atq; Vlpia à Traiano instituta satis quidem ornata. In capitulo alia numeratur Maiorum bibliotheca nuncupata. Alia item Pauli iuxta Marcelli Theatrum, que etiam octavia dicta est, quod ab ea fuit condita. Verum hac felicitate, quam maximam nemo nō iudicat veteres caruere, Imprimendi arte intelligo, quam à duobus fratribus in Germania inventa M. CCCCLV. ferūt. Vaticanum aliā pulcherrimam babet, quam Nicolaus. V. Pont. ex omnibus orbis partibus libris conquistis aut inchoauit, aut auxit. Sextus uero plurimis grecis latinisq; libris aetam illustrauit. In huius collis fere medio fidei templum à Numa conditum autore Liuio, uel ut alij narrant à Roma Aeneae nepte. Vetustate collapsum Augustus restituit. Prope hunc locum fuere palatine thermae, atq; huic pars aquæ Claudiæ deriuabat, sicut ex altissimis murorum marginibus, que adhuc existant, coniuci licet. In palatini uertice Victoriae templum præterea fuit, quod Arcades, qui Euandrum secuti fuerant Dionysio scribente, condidere. In eodem colle plurima alia fuere ædificia, quorum ne in ruinis quidem uestigia dignosci possunt. In ijs Iouis Victoris ædes fertur, quam Q. Fabius bello Sabino décauit. Febris etiam ipsius ne noceret ibidens templum habuit, cui tria posita templa fuere. Id de quo nāc dicebamus, aliud in campo, ubi Marij monumenta sunt, Aliud in extremo uici longi. In hec autem templo omnia remedia, quibus in egritudine usi erāt, sufferebātur. In palatino ipso templum fuit deæ, quæ

H

febris

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
uiris placidis Viriplatam uocauere. Nam eo, quae  
tiescunq; rixæ, sc iurgia interuirum atq; uxorem or-  
tu essent, conueniebant, atq; in eodem multis ulro ei-  
troq; dictis, domum placati reuertebantur. Fuit & sa-  
liorum curia, in qua cum conflagrasset, Romuli Lit-  
tus repertus est integer. Larium fūnum, Insuper an-  
guriorum, ubi captabantur auguria, & ut asserit  
Plinius Cæsarib etiam domus fuit. Vbi monet Apollis  
nem ac Dianam curru uestos fuisse, præterea aurigā  
ex solidō factos lapide, Victruij Bacchi domus, itē,  
qua cū esset demolita atq; cōstructa de Publico pra-  
ta Bacchi dictus est locus, is autem admodum Roma  
clarus fuisse dicitur. Vanni ex prata ex domus, in-  
super, uicus fuit padi cognomēto, alijsq; fortuna re-  
spicientis. In hoc colle solennitatem celebrari cū mer-  
catu mos fuit, quem Palatuar nominabant, Romulū  
narrant in hoc colle bastā fixisse, que factis radici-  
bus, uituit, arborq; ingens facta est. Lampridius tra-  
dit areas palatini e lapide lacædemonio atq; alijs lac-  
pidum nobilissimorum generibus Heliogabalū, stra-  
uisse, ac de suo nomine Antonianas uocasse.

Do Cæsarib, Augusti, & Nerue foro, atq;  
alijs Cap. XXIII.

*forum.* **S**ed ne quid ex ea parte qua forum erat Roma-  
num desiderari possit, de tribus alijs foris, quo  
iuxta illud erant, dicendum uidetur, Forum autē id  
erat, in quo ciues, maxime uerarentur, negotiacione

proprius locus, rebusq; uendendis, atq; emendis accōmodatus, Quēdam fuere, in quibus tātum cause agebantur, ac iudicia exercebantur. Cesar post pompeianā Victoriā, suū Romano foro proximū constituit. Ibi autem fuit, ubi nunc horti uidentur, post Cosmī ac Damiani templum. Plinius scribit solum tantum foro extruendo. HS milles Cæsarem dictatorem emisse. Neq; uero mercatus causa institutum tradit Appianus, sed ad causas, iudicagi tractanda. Temp̄lum Veneri Genitrici, quod in pharsalia uouerat, condidit. In hac ade Acticem, & Medeam, quas Timonactus Byzantius p̄ifit, atq; octoginta talētis uenundatas Cesar posuit. Ante huius templi fores equi Cæsarī simulacrum fuit, quem anteriores pedes manus habuissē, nullumq; excepto Cæsare fessore passum memorant, modicum, at pulcherrimum fuit id forum; multisq; statuis ornatisſimum. In quibus Cæsari una posita est loricata. Veneris simulacrum fuit opus Archesilai. Non admodum procul à domo sua noluit esse, ea autem in via sacra fuerat. Et ut area expositum est, lotos, que in Comitio erat, in forū usq; Cæsarī per stationes municipiorū penetrasse. Augusti uero forum ideo minus fuit amplum, quod non putauit eos cogendos, qui domos iuxta haberēt, fuit in hortis, qui post Marphorium uidentur, templum D. Martine uarijs ornamentis refertissimum. Inter que Coruinitatua fuit in crista gallo & Coruū habens, à quo in bello adiutus est. Due Apelles pictura, in altera Castoris, ac Pollucis cum uictor

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
ma, atq; Alexandro altera belliefigiem reunctis ma-  
nibus, Alexandrumq; triumphantem habebat . Hic  
Apollinem fuisse dicunt, ex ebore, de quo intellectissime  
putant Horatium, cum perdito quodam neglecto di-  
xit, se ab Apolline seruatum. Ad hoc uero forum fa-  
ciendum multitudine hominum, ac litium adductus  
est, quibus cum duo non sufficerent, tertium addendū  
currauit. Iecirco omni festinatione adhibita nondū  
etī Martis Ultoris templo pfecto, publicauit. Hoc  
templum bello philipensi pro paterna ultione suscep-  
to uouit, postea uero ea fori parte locauit, quæ nūc  
est iuxta D Martinæ templum . Sanxiq; ut hic de  
bellis, triumphisq; consuleretur. Hic senatus, prouincias  
cum Imperio petituri huc deducerentur. Quicq;  
uictores redijssent, huc insignia triumphorum infer-  
rent. Hoc forū duas pulcherrimas habuit porticus,  
ubi omnū fortissimorū virorum statua habitu triū-  
phantum Augustus dedicauit. Adrianus postea Imp-  
r̄ idem restituit. Quare plurimi illud templum, qd ipsi  
Antoninus pius dicauit, sibi ipsi erexit, putat, i qua  
sententia Capitolinus esse uidetur. Hocq; ab Adriano  
no primo Pont. D. Adriano consacratum, in tribus  
foris est, appellatum quod inter hæc fora conditum  
esset. Hodie apparet more ueteri factum, satisq;  
conspicuum, fores habet Aeneas . In extremo Augusti  
foro prope radices quirinalis, uestigia adhuc extat  
Nerua palati, columnas mirae magnitudinis haben-  
tis, quæ porticus alicuius palati fuisse putatur. Qua-  
re multi Nerua, non Augusti forum existimauerū

eo autem magis adducuntur, quod ferunt Traianum suū Iuxta Nerue forum, quod ipse dotauerat condī disse, non tamen animaduertunt Ncrue forum Transitorium dictum, quod inde facile uel ad Cesaris, uel ad Augusti, uel ad Romanum etiam forum esset accessus. Nisi quis fortasse arguat hoc medium inter Traiani, Augusti, Romanumq; forum fuisse, uerum nullum reperiur forum Romæ, quod apertum propriumq; autoris signum, sicut Traiani ac Nerue fero accidit, demonstret. Nerue uero forum inter ea quæ Cesaris, Augusti, & id quod Romanum est appellatum, medium fuit. Hoc Suetonio autore à Domitiano nouum est excitatum. Augusti foro proximum, postq; illud templum quod D. Adriano dicata fuit, Transitorium, ut superius est demonstratum, uocauere. Plurimis Columnis, ac statuis ornatissum fuit. Quamobrem tradit Spartani: plurimas multis ex locis Alexandrum Scuerum statuas pedestres atq; equestres superiorum Imperatorum cōquisitas, atq; cum titulis, columnisq; Aeneis, quæ eorum omnium gesta ordine, indicarent, in hoc foro erexisse. Hodie quam paucissima ex ilis ornamenti antiquis igni labefactata, ac corrupta extant. Hæc autem dimidiata in eius fragmentis leguntur.

IMP. NERVA CAESAR AVG. PONT. MAXIM. TRIB. POT. II. IMP. II. PRO COS.

Vice autem fornicis, aut monumenti Nerue, Hodie Arcam Noe appellant imperiti, duo præterea à dextraper lapidis iactum inter se distantes spectantur.

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

fornices, difficile tamen quid fuissent comprehendendi  
potest. Hic Fani quadrifrontis: cū suo templo (bifrons

fane, quadrifrons, n. iuxta Marcelli theatrum erat) Simulacrum fuisse  
memorant. Prope hunc feneratores consistebat mer-  
itorio. l. 2. fol. 72 catorcsq; opibus parandis intenti.

## De foro Traiani, cū omnibus que in eo essent de sepulcro Publicij. De domo Coruti- norum. Cap. XXIII.

**O** Perepretium uidetur priusquam ē mentione  
istius uallis excedamus, ea etiam afferre, que-  
cunque post Augusti, et ultra Cæsaris forum fuisse  
traduntur. Ut de uniuersa bac planicie plena haberi  
cognitio possit. Post Augusti forum, illud Traiani  
fuit, quod pulcherrimum inter capitolium, atq; Quirinalem constituit, ijs demolitis, ac deturbatis, que-  
fere capitolium attingerent, ut omnia æquaret. Huic  
ius artifex Apollodorus narratur fuisse autore. Dia-  
ne. Habuit autem pulcherrimā porticū, Columnasq;  
ea magnitudine, ut spectantes admiratione obstupe-  
fierent, adeo ut gigantum fere opus putaretur. Infi-  
nitis statuis Clariſsimorum hominum ornatum erat,  
que undiq; ab Alexandro Seuero conquistæ, eo in lo-  
co locatae, ac repositæ fuerant. Atq; ut afferit Gellius  
in fastigijs fori Traiani simulacra sunt sita circum  
undiq; in aurata equorum, atq; signorum militarii,  
subscriptumq; esse EX MANVBIIS. Inter cetera  
autem ornamenta, Claudiiani, etiam Poeta fuit. Cu-

*Etus testis est titulus in quibusdam adiculis adhuc servatus; qui est in Constantini thermis, hmoi autem est.*

CL. CLAVDIANI V. C.

CLAVDIO CLAVDIANO V. C. TRIBUNO ET  
NOTARIO INTER CAETERAS VIGEN-  
TES ARTES PRAEGLORIOSISSIMO  
POETARVM LICET AD MEMORIAM  
SEMPITERNAM CARMINA AB EODEM  
SCRIPTA SVFFICIENT ADTAMEN TE  
STIMONII GRATIA OB IUDICII SVI FI-  
DEM DD. NN. ARCADIVS ET HONO-  
RIVS FELICISSIMI AC DOCTISSIMI  
IMPERATORES SENATV PETENTE  
STATVAM IN FORO DIVI TRAIANI  
ERIGI COLLOCARIQUE IVSSERVNT.  
Marcellinus tradit Constantem Constantini filium cu-  
Roman uenisset, excellentiamq; ac magnitudinem  
in foro ingentium operum esset admiratus, stupefa-  
ctum nouitate, omni spe talia efficiendi, tandem dixi-  
se se tantum Domitiani equum imitari uelle, qui in  
medio ipsius atrio esset, quamobrem Ormisdam sibi  
prius opus esse respondisse stabulum equo tali paran-  
dum, quod ab equi dignitate non abhorreret. Huic  
autem equi Imago in numismatis Traiani habetur  
cum hoc titulo. S. P. Q. R. OPTIMO  
PRINCIPI In medio huius fori, columna adhuc  
stare uidetur, mirabili artificio facta, que Dacicum  
bellum, atq; alia memorabilia huius principis gesta  
demonstrat, in ipsius autem columnæ basi monu-

H iij

DE ANTIQ: VRBIS ROMAE  
metum est, quod indicat ad planitatem eius loci e qua  
dam tantum terrae inde asportatum, ut Collent satis  
editum tolleret. Id autem huiusmodi est.

SENATVS POPVLVSQ VE ROMANVS  
IMPERATORI CAESARI DIVI NERVAE  
F. NERVAE TRAIANO AVG. GER M:  
DACICO PONTF. MAXIMO TRIB.POTI  
XVII. IMP.VI. COS.VI. P.P. AD DECLA  
RANDVM QVANTAE ALTITUDINIS  
MONS ET LOCVS TANTIS OPERIBVS  
SIT EGESTVS. Hec Columna CXXVIII. pe  
dū altitudine est ad eius fastigii gradus CLXXII.  
ducunt. XLIII. habet fenestulas. Hic principis h

Traianus primus ius ossa locata Dion autor est, soliq; ex omnibus imp  
eratoribus intra urbēm sepeliri licuisse. Fuit prae  
reia Triumphalis arcus Traiano positus. Bibliotheca  
et templi Traiani veterum praetorum edicta seruat  
ri Gellius scribit. Hoc autem loco et templum atq;  
bibliothecam fuisse existimatur. In huius fori ruinis  
Simmacus primus Pont. Basilij, Sylvestri, ac Marti  
ni templo condidit. Bonifacius uero VIII. tres tur  
res, que spectantur, erexit, Medium militiarum no  
mine uocauit. quod eo loco cōstructa fuisset, ubi mil  
itum Traiani stationes essent. Sub Capitolio ea pare  
te, que ad forum spectat, adhuc Publicij sepulchri  
uestigia apparent cum hac inscriptione.

C. PUBLIO L. F. BIBVLO AED. P.L.  
HONORIS VIRTUTISQ VE CAVSSA  
SENATVSCUNSVLTO, POPVLIQ VB

IVSSV LOCVS MONVMENTO QVO IN  
SE POSTERIQVE EIVS INFERENTVR,  
FVBLICE DATVS EST. Iuxta hunc locū ubi  
coruorū macellum est, Coruinorū domus fuit. Atq  
sine via lata initium habuit, quæ aliquantum uersus  
populi portam extendebatur. Sed de ijs hactenus, ad  
ea properādū, quæ ultra forū, ac sub carinis fuerūt.

De bustis Gallicis, de Vico scelerato, de Tigillo so-  
rorio, de telluris templo, de M. Antonij  
domo.

Cap. XXV.

**I**NTER TITI AMPHITHEATRŪ, ATQ; CARINAS, CÆSARIS  
FORUM, UBI NUNC EST ĀDICULĀ D. ANDREÆ, QUAM AD  
BUSTA GALICA UOCANT, QUÆ SUETONIO, AC LIUIO AUTORI,  
BUST IN MEDIO URBI FUCRE, QUOD SCRIBĒT VARRONE HIC  
UEL SEPULTI, UEL EXUSSI GALLI SENONES FUERINT A CAMILLO  
CÆSI. QUAMUIS PESTILENTIA DEFUNCTOS PLINIUS TRADIT:  
VULGUS A QUO OMNIA FACILE CORRUPTUNTUR, PORTUGAL  
LUM APPELLAT. IUXTA UERO CLIVŪ CARINARUM, UNDE BO  
DIE AD DIUUM PETRUM IN VINCULIS ASCENDITUR, VICUS  
CUI SCLERATO NOMĒ FUIT, INITIŪ CAPIT, ATQ; USQ; AD GALLI  
CA BUSTA PTĒDEBATUR. IS PRINCIPIO PRO BONO HOMINE A  
SABINIS CYPRUS DICITUS EST, QUO LOCO COSEDERE, QD APUD  
ILLOS CYPRUM BONUM SIGNIFICAT. SED POSTEA QUAM TAR  
QUINIUS SUPERBUS NARRANTE LIUIO INTERFICIENDUM  
CURASSET SERIUM REGEM SUUM, CORPUS EIUSIACENS FI  
LIA CARPENTO SUPERUECTA EST, SCLERATUS APPELLARI CE  
PTUS EST. VARRO TAMEN SCLERATUM UICUM A CYPRI

Cypri bonum  
apud Sabinos.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAB

diuersum putat. Inter huc Vicum, ac carinas Tigillii  
fororum fuerat. Erat autem locus iunoni sacer, ubi  
Horatius is qui tres curiatiois uicit, piacularibus fa-  
cificijs necem fororis occise purgauit. Hic itidem  
scribit Dionysius aram fuisse trabem, habentem ob-  
longam, cuius extremitates muris viae oppositis susti-  
uebantur. Ad huius uicij caput domus Casyj fuit, qui,  
quoniam imperium affectauit, statim e medio subla-  
tus est, domo deturbata, templumq; telluris, Valerio  
Maximo narrante, quod prius. T. Sempronius quo  
tempore cum Asculanis bellum gerens, ac cum his pre-  
lio dimicans terra subtremuit, uouit, eo loco constru-  
ctum est, alij tamen hoc templum iuxta Casum ruinas  
edificatum uolunt, ubi est D. Pataleonis aedes. In hoc  
scribit. M. Tullius senatum ad publica tractanda co-  
gi solitum, alibi etiam ad telluris. Q. fratriis statua  
locasse significat. Hic etiam idem autor armamentar-  
rium fuisse innuit. Varro addit in quodam huius tem-  
pli pariete Italiae fuisse descriptionem. Non procul  
hinc autore Appiano domus fuit M. Antonij. Ven-  
rum nimis auctus mihi uidetur secundus liber, ad ter-  
tium accedendum.

62

# DE ANTIQ VIT A<sup>o</sup>

## TIBVS R.O. LIBER TERTIVS.

De colle Aventino, de Clivio, qui ibi erat, de tem-  
plo Iunonis Reginæ, de Scalis gemonijs, de te-  
mple Diane de bona dea, De Hercule, de Ar-  
milistro, de Thermis decij, Traiani, Va-  
rij, de fonte Fauni ac Pici. Cap. I.



Actenus de ea urbis parte, quæ celebrior procul dubio erat men-  
tione facta, ad Auentinum deue-  
niamus, ut postea plane ea tracte-  
mus, quæ in ea planicie sunt, quæ  
inter hunc collem, palatinum, ca-  
pitolinūq; sita est. Auentinus, ut  
iam antea expositum est primo libro, muro cinctus  
dicitur ab Anco Martio, pomeroio tamen non intro-  
misso, quod à Claudio Imp. postea intra receptū est,  
diu syluarum densitate asperū, ex magna ex parte ua-  
stum, minusq; frequens fuit. Huius circuitus ad duo  
millia passus cōtinet. Longior quam latior est. Duos  
habet uertices, in quorum medio uallis est, qua ad  
circum Maximum uia extenditur, qua ad D. Pauli te-  
plum iter est. Adeo ut duorum montes instar spectan-  
tibus prebeat. Ab alijs Collibus omnino disiungitur,  
cuius maior pars tyberi imminet. Auentinus alba-  
rex monti nomen dedit, in quo extinctus, sepultusq;

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

fuerit. Nonnulli ab Herculis filio eiusdem nomine  
sic uocatum putant. Quidam ab hominum aduentu,  
quod commune Latinorum ibi templum esset, uerum  
antea hoc nomine appellabatur. Alij ab aliis dictu  
arbitrantur, quod eo sub uesterum à lumine in eas syl  
uas se reciperent. Varro scribit à facilitate aduenienti,  
cū antea paludibus ex alijs Collibus non aliter quā  
ratibus, soluto etiam traectu aduherentur. Mur  
ceus quoq; è appellatus à cella diue Marce, quæ sub  
eo fuisset. Remorium à Remo aliquando dixere, qđ  
ibi urbem condere disignasset, uel quod ibi sepultus  
fuerit, quem cum Romulus fratri sacrasset, nulli habi  
tandum concessit. Quamobrem in hoc colle iuxta Ar  
milistrum locus quidam præcipuus fuit Remoria no  
mine, tā à captatiōe Augurij Remi, quā quod ibi fue  
rit sepultus, urbemq; eodem loco constituere propo  
suisset. Cæterum singillatim de ijs dicamus. Clivus p  
quem in Auentinum ascendebatur, à foro Boario, ut  
cum de tusco Vico agebatur, est dictum, initium hoc  
bebat. Sursumq; ad Iunonis Reginæ templum recta  
ibatur, id erat in huius Clivi extremo. templum hoc  
Camillus ex manubiarum parte, quas ex Veii victor  
abstulit. uouit. Ferunt cum Iunonis Reginæ simula  
crum è Veii in urbem inferre uellent Romani, quē  
dam ex militibus seu spirito diuino tactum, siue iuu  
nili ioco, uis ne Romam ire Iuno, dixisse, conclama  
tum esse à cæteris deam annuisse, quin etiam fabula  
dictum locum, uelle, dixisse. Iccirco cum ingenti ueno  
tatione, ac pompa in Auentinum inculere, atq; in ea

templo, quod Camillus dedicarat, reposuere. Ad hunc ipsum Clivum Gemonie scalæ fuerunt, ad quas corpora damnatorum tracta rapi, ac præcipitari solebant. Guetonius memorat Vitellium Imperatorem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatum, atque confectum, unco tractum in tyberim fuisse. Quo loco hodie D. sabinæ templum flumini imminet, e regione Ripæ pulcherrimum fuit templum Diana, quod seruius Tullus dedicarat. Cōmune autem fuit Romani cum Sabinis, quod ad Ephesiæ Diana templi ab Asia ciuitatibus communiter conditi similitudinem simul ædificauerint. Ferunt ad hoc Auentini fanum Sabinum quendam miranda magnitudine ac specie uaccam Romam deduxisse, et ante Diana aram statuisse. Quod audijsset uates cecinisse cuius ciuitatis eam cuius Diana immolasset, ibi fore imperium. Idq; carmen cum ad Cornelium Antistitem fani Diana peruenisset, memor responsi, sabinum ante uiuo perfundi flumine iusfit, quod infima ualle perfluebat, interim Romanum Diana bouem Immolasse, eius autem cornua (tametsi huic deæ ceruorum tantum cornu affigere soleret antiquitas) fixa tamen, per multas etates in uestibulo templi Diana monumentum, ei fuere miraculo. Dionysius scribit idem templum ab Anco Martio positum, nisi forte de alio Anco intellexisse Dionysium putemus. Diuine sabine hic templū fuit, quod quidam Petrus Episcopus Dalmata à fundamentis extruxit, perdiuies quidē ille atq; opere missato ornauit. Ad hoc fanum cuiusdam Phallidū domū

Nr. Diana  
Ille Imperium  
It galladium

Cornib, ara fœ  
queru. Mart.  
ep. 1.

DE ANTIQ. V R B I S R O M A E

locat Propertius inter templum huiusmodi, Clitunus  
iuxta eum locū, ubi trigemina erat porta, nec multū  
à schola Greca aberat. Caci spelunca, ex qua Hercu-  
lis boves auersos caudis traxerat, quia si agendo ar-  
mentum computisset, ipsa uestigia querentem domi-  
num eò deduxissent. Sensit tamen, quare cacum clavia  
ictum occidit, armentoq; recuperato Ioui aram ere-  
xit, paulum ab hoc loco distabant saline, de quibus si-  
perius ē dictum, cum de trigemina porta sermo ha-  
beretur. In angulo Auentini Tyberi imminente, sed  
qui ad campum sit uersus, ubi hodie Testarium est, eo  
quidem loco, ubi D. Marie Aventinæ templum ere-  
ctū est, templū fuisse dicitur Bonæ deæ, cui tātū femi-  
næ sacrificarent in operto, aut à Claudia uestali ere-  
ctum in Fatue honorem Fauni filiæ, quam pudicissim-  
mam celebrant. Quoniam huius sacrifis interesse ho-  
minibus non liceret. M. Tullius Clodio obiijcit illius  
sacra ab eo noctu polluta, Inter hoc, ex Diana, tem-  
plum Herculis fuisse uolunt, ibi quidem, aut iuxta il-  
lum locum, ubi D. Alexi fanum cernitur, hominis sa-  
ltitate ac uita probatissimi, is, ut memorant, cum Ro-  
manus esset ciuis, diu etiam in paterna domo sub gra-  
dibus ligneis usque ad extrellum diem uitæ igno-  
tus uixit. Cænobium D. Bonifacij hic fuisse uolunt,  
Quod uero hic Herculis templum extiterit, ex Armis  
Iustro, cui proximum esset, coniiciunt. In quo quidē  
Armilistro sese Iuuentus armis exercebat, hic autē,  
non in testaccio fuisse uolunt, ut pleriq; censuere, Phi-  
larchus locum in Auentino uocat, ubi à Romulo Tp

Propertius  
locus

tius est Sepultus. Hic autem non diu est cum marmor  
 iuuentum est, in quo incisum esset. SACRVM  
 MAG. VICI ARMILVSTRI. Varro Armis  
 lustrum idem cum circo maximo esse putat, nam  
 utroq; in loco equestres ludiebant, et sicut in circo  
 equi currebant, ita in armilustro res quasdam diui-  
 nas Romanii armati faciebant, et sacrificantes tubis  
 caneabant. In Armilustro publica arma reponeban-  
 tur, nam cum populus Ro. priuata arma non habe-  
 ret, hinc, quotiescumq; ad bella gerenda uocarentur,  
 sumebant. Belloq; confecto, in eodem redeuntes repo-  
 nebant. Ex parte istius collis, quae ad circum maxi-  
 mum spectat, quo loco nunc D. Priscæ est fanum, De-  
 ciij Imp. Thermæ olim fuere, quis ipse sibi edifica-  
 uit, uel ut alij putant, in eius honorem à Ro. populo  
 constructæ sunt. Hinc fere ad Armilustum nonnulli  
 priuatum palatum, ac Thermas Traiani sese exten-  
 disse uoluere, ad quas quidem Thermas aquam dedu-  
 xit de suo nomine appellatam, tametsi ex aqua Mar-  
 tia aliquorum sententia, uel ut aliorum est opinio ex  
 aqua Claudia inducerentur. Thermas Traiani, quas  
 bactenus in Auentino fuisse credimus, nunc po-  
 tius in Exquilino ponere libet, prope Titi Thermas.  
 Mouit nos ad hoc opinandum Saxum quodam in lu-  
 co Sancti Petri ad uincula nuper inuuentum, cuius in  
 scriptio talis est. IVLIVS FOELIS CANPAN-  
 NIANVS. V.C.PRAEF. VRBI AD AV-  
 GENDAM THERMARVM TRAIANA-  
 RVM GRATIAM CONLOCAVIT.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
Ficerit amen posset hunc lapidem ad S. Petrum in uinculis allatum fuisse, et Thermae nihilominus esse in Auentino. Nos uero ut res se habet enarrauimus. Non admodum procul ab his Thermae, Varianae Thermae fuere. Harum autem, et simul Decij adhuc vestigia extant, fabulosae narrant Auentinum speluncam fuisse Fauni, ac Pici, quae fontem haberet, ex quo ipsi biberent, adduntque cum Numa uinum in hunc fontem fudisset, ebrios illos redditos, uinctosque ab eo fuisse. Quare ab iis didicisse aiunt, quomodo e Caelo fulmina elici (si quando uoluisset) statim possent. Hodie res si quidam spectantur, qui ad collis istius radice manantes in Tyberim influunt.

De Thermae Antonini Caracalle, deq; alijs  
quaे in Auentino erant, et de aqueductu  
aque Claudiæ. Cap. II.

In altero Auentini uertice qui ad piscinam publicam spectat, iuxta D. Balbinæ templum, ad radicem scilicet collis ingentes muri latissimi, et simul maxima Columnæ, præterea admirabiles ruine Thermarum Antonini Caracalle, quæ nobilissime tradūtur fuisse conspiciuntur, has Lampridius ab hoc principe inchoatas, ab Alexandro autem Seuero et absolutas, atque ornatas, scribit. Hodie Antignanum locum appellant, quasi Antonianum. Pars Claudiæ aquæ his Thermae subseruebat, ex inferiori parte quarum, Caracallam nobilissimum palatium condidisse aiunt, Spartianus

Spartianus tradit occultam in ijs Thermis cellā fuisse, quam architecti negant posse ulla imitatione, qua facta est, fieri nam et ex ære uel cupro cancelli super positi dicuntur fuisse, quibus Cameratio tota con credita esset, et tantum fuisse spatij. ut id ipsum fieri negarint potuisse docti Mechanici. Plerique in ipso Auentino fuere, quorum nulla hodie certa ratio redi potest. Vbi præcipue fuerint. In quibus ara Iouis Elicij numeratur à fulmine eliciendo, huic autem deo aram ideo erexit quod (ut Paulo ante diebamus cū Numa fulminum eliciendorum rationem à Fauno, atque a pico didicisset, Ioui ipsi aram statuit. Sed cū Tullus Hostilius, qui Numæ in regno successit, aliquando Numæ Commentarios volueret, et ibi quedam sacrificia occulta Ioui Elio facta inuenisset, operatum ijs sacris se abdidisse scribit Lilius, sed cū con non rite initum, aut curatum illud sacrum fuisse, fulmine illum cum domo conflagrasse memorat. In Auentina Vitellius Imp. domum habuit. Matutæ deæ fanum bello in Veientes suscepto uotum, posita à Camillo dedicatum, Libertatis templum à Tib. Gracchi patre et dicatum et conditum, multisque Columnis, statuisque æneis ornatum. Huius templi Atrium ab Helio peto, ac Cethego inserviatum creditur. Veneris Marcie uerustissima ara. Victoria insuper templum non defuit, ab Arcadibus, ut uelunt, positum. Adde Minerua, Lunaque etiam fanum, Accessit, Cuiusdam Faberij scribia domus pulcherrima, syluaque Lauren tum Ioui sacra, in qua Valentinianus cesus est, que

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

etiam via Laurētina nomen dedit. Appius Clodius  
Cæcus à quo Via Appia stata est. Vnde ab eius no-  
mine sic est appellata, aquam de suo nomine postea  
nuncatam in urbem Censor induxit, id autem an. xx.  
post samniticum bellum accidit. Ex agro autem lu-  
cullano, quem Frascatum hodie vocant, autore Fron-  
tino per viā prienestinā subterraneo aqueductu cir-  
citer. XI. mill. passuum deduxit. Postea uero ad cape-  
nam portam aqueductu super terram passibus LX.  
sub celum montem per Auentinum uero usq; ad sa-  
linas, quæ iuxta trigeminam portam sane antiquam  
erant, extendebatur, quædam autem huius aqueductu-  
sti Vestigia bac etiam ætate prope huius collis radie-  
ces conficiuntur, ex ea parte, ad quam Testaccium  
respondet, ac iuxta scholam grecam, atq; Arcum se-  
ptem Vespillonum, ubi, scilicet ad salinas termina-  
bat aqueductus. In urbem uero recepta aqua uiginti  
in partes ad Communem omnium usum dispensata  
distribuebatur. Tradit Procopius inter Latinā, atq;  
Appiam viam duos aqueductus iungi, statimq; diui-  
di, horum alterum Aquæ appiæ de quo agimus esse  
existimari potest. Franciscus scribit huiusmodi aquæ  
per urbis uicos, ac regiones pro II. pro V. pro VIII.  
IX. XI. XII. XIII. XIV. ad uarios urbis usus.

De campo ubi est Testaceum post Auen-  
tinum, deg; omnibus quæ in eo  
fuerent. Cap. III.

**N**unc ad campum Testaceum ueniamus Auen-  
tino relicto, ut uero hinc exordiamur, Testa-  
ceus collis fuit humilis, adeo ut qua parte excelsior  
fuit, CL X. pedum altitudinem non excesserit nec ul-  
tra. L. cingitur, ex uasorum rupi;orum testis, quas eñ  
in locum figuli congerabant, ita crevit, ut monticula  
formum fere accipiens, Testarum nomine seruauerit.  
eret a mirabiliter usi sunt Veteres, adeo, ut Plinio tra-  
dente etiam deorum simulacra ac templorum orna-  
menta ex creta factitarint. Hac parietes incrusta-  
bant, in eademq; uita functos sepeliebant. Quare fa-  
ctum est ut Numa septimum figulorum collegium co-  
stituerit. Quoniam uero aquaru; commoditate hic can-  
pus abundaret ob Tyberis uicinitatem, maior huius-  
modi artificij pars, quod grandiora uasa confice-  
rent, in eo officinas habebant. Quoniam uero, si in flu-  
men uasorum fragmenta ac reliquias sordes eius arti-  
ficij iniecissent, futurum fuisset ut aliquando alueum  
fluminis oppleuisserent, senatus uetus ne quicquam ex  
illis in flumen demitterent, atq; siccirco locus Testa-  
ceus his assignatus dicitur, ideoq; ex earum rerum  
cōgerie collis est effectus. Figulorum autem officinae  
in huius campi interiori parte inter ipsum Testaceum,  
ac Tyberim fuere, quemadmodum fabrorum ligna-  
riorum in huius planicie parte erant, ad quam ex ur-  
be discedentes statim accedebant. Nam Laius tradit  
ab Aedilibus extra Trigeminam portā inter fabros  
lignarios, porticum Aemiliam instauratam, forumq;  
in quo mercatus fieret, stratum, ac trabibus septum.

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

fuisse, ipsumq; forum comodius redditum gradibus factis, ut à Tyberi ad ipsum facilior esset ascensus ad hanc porticum Basilicam Aemiliam fuisse quidā tradidere. Sed inter figulos Veneris myrtleæ aræ fuit quā Martiam appellatam Plinius testis est quod homines pigros languidosq; efficeret myrtleam autē à loco qui myrtis abundaret dictā palā est. Hic circus fuit, quem intimum uocauere. Huius autem in uineis etiā sunt uestigia, præsertim quæ sunt iuxta flumen ad Tyberim Ouidius lucū hilernam locauit. Ex alia buius planicie parte ad D. Pauli templum cum Vrbis mœnibus pulcherrimam pyramidem integrum fere, ex marmore confectam et coniunctam etiam nunc uide mus. Ut uero ex literis coniisci potest, sepulchrum C. Cesij septemviri Epulonum fuit. Romæ autem sacerdotium Epulones habebant, ij. n. cum potestate haberent mensam lauti simam ad Iouis statuam instaurandi, atq; conquitisimis epulis cum loco, rifiq; militorum more uescerentur, sic dici meruere. Hæ autē sunt pyramidis litteræ. C. CESTIVS L.F. POB. EPVLO. PR. TR. PL. VII. VIR. EPVLONVM Inferius uero minores litere sunt incise sunt autem buiusmodi. OPVS ABSOLVTVM EX TESTAMENTO DIEBVS CC CXXX. ARBITRATV PONT.P.F. CLAMELAE HEREDIS, ET PONT.L. In media Testaci planicie CXL. Horrea ingentia frumentis condendis, repoenendisq; aptissima fuere. Quorū hodie nonnulla sunt uestigia in Ioannis Georgij Cesarini clarissimi homi.

nis Vineis, inq; alijs uiciniis locis nec diu est cum quo  
dā marmor in marcelli capozuchi cognomēto Rō.  
Cuius uinea defossum est, in quo bac erat iucriptio.  
NVM DOM. AVG. SACR'VM GENIO  
CONSERVATORI HORREORVM GAL=  
BIANORVM M.LORINVS FORTVNATVS MAGISTER S.P.D.D. Ex alio latere ea  
dem erat iucriptio excepto quod pro. GENIO  
CONSERVATORI, Repositum fuerat FOR=  
TVNAE CONSERVATRICI. In ijsdem hor= reis, ut afferit Plinius, P. Maticino p̄fecto an no= nae Columna erecta, et simul Minutio Augurino al= tera, quod farris p̄tium in tribus nundinis, ad  
assēmredegerit.

De templo Mardie, de fornicibus Horatiū de  
Salinis, de templo Veste, fortune virilis,  
de foro Piscario. Cap. IIII.

**A**d eam nunc planiciem accedamus que inter Auentinum, Tyberim, Capitoliū, Palatinumq; posita, per cæliū Cæliolig; radices, ad capenam usq; extenditur. Igitur in Auentini radicibus iuxta clivū publicum non procul à foro Boario ara fuit Muræ quam inertibus, ignauiosq; p̄fuisse p̄dicant. Hic Liuius tradit Latinis in ciuitatem acceptis sedes datas ut sic Auentinus Cum palatino iungeretur. Inter Auentinum, Tyberimq; prope sublicium pontem Horatiū coclitis fornicibus, quas ipsius uirtutis monu-

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

menta sempiterna Ciuitas erexit, cum solus aduersus  
Hetruscos fortissime pugnans, illis restiterit, fuisse se-  
runt. Blondus narrat à fundamētis eas demolitas sua  
tempestate fuisse ad calcem conficiendam, subditq; tū  
famam durasse Horati fuisse, idq; quibusdam inscrip-  
tionibus sic esse compertum fuisse. Sub Caci spelun-  
ca iuxta eum locum, ubi antica porta trigemina fuit,  
Salinas hoc est cellas, in quibus sal publicum conde-  
retur, sicut hodie in capitolio reponitur, extitisse ac-  
cepimus. Prope hunc locum uetus fīsum templum  
conspicitur, hodie D. Stephano dicatum, quod quo-  
niam forma rotunda sit, porticumq; similiter habeat  
rotundum, circunq; .xvij. columnis sustinatur, uestae  
antiquum templum fuisse censem, nam uestes uestā  
terram putarunt, qua omnes sustententur. Atq; ideo  
ad terrae similitudinem à Numa ædificatum pilæ in-  
star habens huic deæ existimant, ut uero superius est  
expositum, scribit Dionysius Vestæ templum, in quo  
sacer ignis etiam suo tempore seruabatur, non à Ro-  
mulo dedicatum, sed à Numa, quod hoc templum ex-  
tra eam urbem est, quam Romulus primum quadra-  
tam constituit. Numamq; ipsum uirgines uestæ, non  
Romulum, ut pleriq; putarunt statuisse. Ouidius tem-  
plum uestæ in quo ignis, palladiumq; seruarentur ad  
Regiam Numæ, quæ iuxta Romanum forum erat, lo-  
care uidetur. Idem autor Dionysius refert inter pala-  
tum, atq; Capitolum, prope forum, seu in ipso fo-  
ro Comune Vestæ templum conditum à Numa, cum  
.n. Romulus in omnibus curijs propriam peculia-

remq; Vestam assignasset, nullum communem consac-  
crarat. Ad hoc templum Regiam habuit Numa, ut  
etiam antea est dictum, Dionysius atq; Ouidius in eas-  
dem sunt sententia illud templum, quod in foro, et in  
media urbe erat à Numa esse extructum, id uero quod  
paulo ante D. Stephano dicatum dicebamus, quoniam  
extra ipsius quadratam Vrbem esset, minus à Romu-  
lo conditum. An uero à Numa, aut ab alio quopiam  
constructum sit, obscurum est, cum apud aliū auctore  
non legerim. Satis est intelligere extra Romuli urbē  
quoddam Vestae templum fuisse, ex circulari autē hu-  
ius templi forma magis consentaneum est Vestae fuis-  
se, quam aut Herculis, aut Matutae Aurora, ut aliqui  
putant, eo magis quod Hercules non hic, uerum re-  
motius aliquanto, ibi scilicet ubi fuit ara Maxima,  
Matuta uero in foro Boario, templum habuit. Quod  
uero Ouidius in eo templo seruatum fuisse igne pro-  
dit, quod prope forum esset, Dionysius uero in eo, qd.  
extra Romuli urbem esset. nihil obstat, quo minus id  
diuersis temporibus eveniret, horum. n. scriptorum  
tempora non nihil disidere uidentur. Ignis uero con-  
seruatio templi Vestae propria, precipuaq; erat, nam  
nihil preter igne in eo seruari mos fuit, Oudio etiā  
ipso afferente. Dionysij quidem sententia non ea mihi  
uidetur fuisse, ut affirmaret in hoc tantum templo  
igne custodiri, in ceteris uero huius deae fanis mi-  
nime, sed quod in isto maiori cura, ceremonijsq; for-  
tasse ignem tueretur. Vbi uero hoc tempore nec pro-  
cul hinc, ad D. Mariæ pontem, templum diue Mariae.

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

Aegyptiacæ fuit, Fortune uirilis fanum fuisse dicitur de duobus. n. templis fortune uirilis Dionysius tradit. Hoc autem fortasse fuit. Tametsi Asylum id fuisse nonnulli putent, seu templū Misericordiae, quidam pudicitie, coniecturis tantum commoti, non ratione quidem illa, quæ rē planè declareret. Scribit Val. Maximus in fortune templo ligneam Ser. Tullistatuam fuisse totam inauratam, quæ cum omnia ibi conflagrarent, in colūnis atq; integrā reperta sit. Hoc autem ideo accidisse putant, quod Ser. Tullus à Vulcano forma fauillæ ardantis conceptus traditur, quo tēpore in Prisci Tarquinij domo ipsius mater Corvinæ culana seruitutem seruiret. Ex hoc autem tēplo prope Tyberim, autore Varrone usq; ad ædē D. Mariæ in porticu forum piscariorum extendebatur. Quo loco non pisces tantum, uerum alia præterea uenalia exponebantur. Hoc autem cognomē habuit ædes, qđ in Octauij porticu uel prope illam extorta esset.

De Theatro Marcelli, de templo pietatis, de carcere plebis, de Curia, ac porticu octauie

Cap. V.

**H**oc præcipue loco iuxta Tiberim hac etiā æta te pars Theatri Marcellistarē conspicitur, reliquo igni, ac uetusitate cōsumpto. In ipsius ruinis hodie saeullorum palatium constructum est. Quidam in foro olitorio ponunt. Ab Augusto conditum hoc Theatrum dicitur in Marcelli Octauiae sororis filij.

memoriam quem illa adolescentem a narssum, et Imperij successorē futurū quo ad uixit, luxit; multa præterea ædificia. Idem Augustus alijs ex suis erexit, in quibus porticus Liuiæ, Octaviae, Caij, ac Lucij Nepotum Basiltca numeratur. LXXX. hominum millia ex hoc Theatro ludos spectare commode poterant. Huius Scenam Vespasianus rrnouauit. In eog; fabulas ac ludos edidit. Hic Plinius uidetur existimare tē plumb pietatis fuisse pulcherrimumq; exemplum narrat pietatis. Pietatis. n. ait exempla infinita toto orbe extitisse, sed Romæ unum, cui comparari cuncta nō queant. Humilis. n. in plebe, et ideo ignobilis puer pera, supplicij causa carcere inclusa matre, cum impetrasset aditum à Ianitore semper excussa, nequid inferret cibi, deprehensa est uberibns suis alens eam. Quo miraculo, matris salus donata pietati est, ambaq; perpetuis alimentis nutrita, et locus ille, eidem consecratus est deæ, C. Quintio, M. Attilio Coß. pietatis templo extracto in ipsius carceris sede, ubi nūc Marcelli Theatrum est. Ita refert Plinius, solinus tamen patrem illius foemine, non matrem putat. Plinius existimare uidetur ubi postea hoc Theatrum est extractum, partem carceris fuisse plebis ab Appio Claudio decemuiro factæ, in quo cum ipse reus capitiss seruaretur se ipsum necauit. Huius quidem carceris iuxta D. Nicolai templū sunt uestigia, quare etiā in carcere nominatum est. Ideo autem huiusmodi carcer est additus, quod improborum ac perditorum hominum multitudine increbrente unus tamen sufficeret.

Vbetib, mater  
nutrica —

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAB

tot malis non putabatur. Ante Theatrum uero curia fuit octavia cum porticu eiusdem nominis, quā Augustus sorori Octaviae struendā curauit. Porticus autem à D. Nicolao in carcere, ut putant, usq; ad D. Mariam in porticu extendebatur, magnifice autem edificari porticus mos erat uno, sep̄ etiam pluribus Colūnarum ordinibus, sub his pluuias subitas ac repentina uitabant, umbrasq; ac frigora captabat, uel deambulabat, uarijsq; sermonibus diem consumebant, quamobrem in meridie solem hyeme, à septentrionibus aestuas umbras excipiebant. Variè autem constructæ sunt porticus quædam longiores, breviores nonnullæ, iccirco quedam milliaræ, quod milibus passibus progre diebantur, quædam stadiaræ à stadij longitudine, quæ pars milliarij octava est, uocabantur. Adde quod nonnullas subterraneas faciebant, ut frigidiores essent per astatem. Nomina plurimi ab operibus accipiebant. Nam aliæ corynthiorum, aliæ doricorum, aliæ Etruscorum more factæ, ijs nominibus appellabantur. Dijs præterea porticus dicare solebant, ut ex hac inscriptione cognosci pot. SILVANO SANCTO. L. VALLIVS SOLON PORTICVM EX VOTO FECIT DEDICAVITQ. CAL. APRILIB. PISONE ET BOLANO COSS. In hac ipsa porticu Octaviae nobilissimas easq; plurimas tabulas fuisse Plinius tradit. In quibus Herculem numerat ab Octa monte Doridos exacta mortalitate cōsensu deorum in cælum euntē. Iunonis templum in hac ponunt cum ipsius pulcher-

Vide quid sit  
porticus.

32. stadij  
uocantur  
Leuca. 2.  
4 milliaris

timis statua, Veneris præterea, atq; Esculapij, prætere  
rea Diane, fanum insuper Appollinis cum ipsius sta  
tua, Latone, atq; Diana, tum nouem Musarum, In ijs  
Apollo erat nudus, item alter Citharam tenens. Hic  
Octauiae scholam fuisse narrant, In ea pulcherrimū  
illum Praxitelis cupidinem fuisse Plinius scribit, Ver  
rà M. Tullio obiectum, propter quem thespiae uise  
bantur. Verum alias exquisitissimas statuas hoc loco  
ponit Plinius ad ornandum repositas. Inter quas Ve  
neris statuā nobillissimā Phidiae opus fuisse memorat.

De foro olitorio, de templo Iani, de sacrario Nu  
mæ, de templo Matutæ, Carmentæ, spei, de Co  
lumna lactaria, de Argileto, de Equimelio  
de Asilo.

Cap. VI.

**O** Litorium forum in quo olera uendebantur, ex  
tra carmentalem fuit portam inter Capitolinum  
ac Marcelli theatrum, ibi ferme ubi nunc forum est,  
quod montanarum uocitant, In hoc autem foro apud  
Marcelli Theatrum, ac sanctum Nicolaum in carce  
re in extremo Argileto, Iani templum locant, quod  
à Numa supra duas ædicularas positum uolunt. In eo au  
tem duas portas ab eo factas, que pacis tempore claus  
debantur, belli patebant. Aiunt cum Cos. ad bellum  
proficiisci pararet ad bella gerenda toto senatu  
comitante eò uenire, easq; portas solenni ritu  
aperire solitum. Tacitus narrat Cn. Duiliū qui prò  
muis Carthaginenses bello naualibus superauit, Iani tem

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

plum ad olitorium forum erexit. Namobrem si fateamur à Numa prius edificatum, à Duillio institutum fuisse dicendum uidetur. Multa tradente Ovidio Ianis fuere templi. Morem autem templi uel claudendi, uel aperiendi in hoc de quo modo dicebamus seruatum neminem latere uolumus ex aliquorum sententia, nonnullis in eo, quod in foro Romano esset hoc obseruatum putarunt. Ad huius templi latus Numæ sacrarium locarunt, quo loco res sacras seruaret. In hoc foro ubi hodie D. Andree templum est, Mentuæ uel uinciorum cognomento Matutæ Iunonis fuit templum, belloq; ballorum à C. Cornelio Coſſ. dictatum, ac factum, uulgas ex matuta mentuci am fecit. carmentæ uero Euandri matris templum, quod ad carmentalem portam ab ea uocatam fuit, ad capitolij radices, ubi ſemi diruta D. Catharinæ cella uidetur, fuisse dicitur. Sed carmentæ fanum foeminæ posuere, quod sicut ante solerent, à Senatn plentis uectari impetrassent. Idem forum ſpeii templum habuit quod ſempronij Gracchi consulatu autore Liuio totum conflagravit. Hic lactaria column, ita appellata, quod ad eam infantes adducebantur, quibus nutrices esset parande. Quoniam uero superiorius Argleti mentio est facta. Sciendum Argiletum fuisse uiam, qua à uelabro, aut ab extremitate uici Tusci, qui cū uelabro idem fere fuerat, ad Theatrum marcelli protendebatur. Nomen autem ab Argo Euandri hospite accepit, quod in ea et occisus et sepultus fuerit. Alij ab argilla uocatum dixerunt, cuius ibi magna esset copia. Sicut.

Mentuia ♂  
tuta idem -

Lactaria colum

uero ea pars, quæ ad Marcelli Théâtrum erat imum  
argiletum, ita summū quod in ipsius loci initio, esset,  
appellarunt. In huius fori parte quæ ad extra est in  
exitu carmentalis uelubrum uersus iuxta eum locum  
ubi D. Ioannis de capitati est templum, Aequineliū <sup>Agellus ad.</sup>  
fuisse nonnulli uolunt. Sic autem dictum est à Sp. Me  
lio, qui cum in suspicionem affectati regni uenisset à  
Seruilio Hala magistro equitū occisus est bonis pro  
scriptis, atq; eius diruta, & ara Aequimelium dia  
cta. Quidam ad busta Gallica locant, nihilominus  
Plinius sub capitolio omnino ponit. In area Argiletī  
magna artificum erat copia, atq; mercatorum, præ  
sertim taberne biblio palarum, quæ argiletanae dice  
bantur. Asylum uero quod in capitolio antea consti  
tutum à Romulo fuerat, inde ob multa ædificia postea  
erecta, in eam planiciem, quæ snb rupe tarpeia erat,  
translatum uolunt totumq; id spacium, quod est inter  
rupem tarpeiam forum boarium, pontem D. Mariae  
atq; Auentini radices, occupasse.

De Velabro, de Basiliæ sempronia, de foro  
Boario de fornice Septimiana de templo  
Iani quadriformis, de templo  
Herculis Victoris, et de ara  
maxima. Ca. VII

V Elabrum ea fuit planities quæ quasi quedam  
uallis inter Auentinum, Capitolium, atq; pala  
tinum posita, sic dicta quod ratibus homines à rel-

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

qui urbis partibus in Auentinum ueheret. Nam ex Tyberis inundationibus in huius loci i mo quasi lacus stagnabantur adeo, ut eos trajecto nauigaret. Quā uis uero uelabru exsiccatū, repletumq; fuisse postquam cursum Tyberis Tarquinius direxit, nomen tam uetus mansit, ita, ut etiam hoc tempore sanctum Georgium in uelabro celebrent. Accē Larentiae hic fuisse Aram Cice. innuit. Cuius sepulcrum eodem in loco satis, celebrem fuisse. Antias scripsit. Iuxta uero signum uertunni, quod non multū à Sancto Georgio in Velabro absuit, P. Africani fuit domus, quam postea Liuio autore. T. Sempronius pecunia quadam publica emit, ibiq; Basilicam de suo nomine constituit. In uelabri parte ut mox patebit, Boarium decreatum est, ita autem uocatum est uel à bove eneo, qui ibi esset, nam ex ea parte ut afferit Tacitus uomere urbis sue circuitū signare Romulus coepit, siue à bove, quem Caco uicto Hercules hic mactauit, uel à bovu, ut sexto pompeio placet, qui ibi uendi, emiq; solerent. Quare Liuius tradit Bouem in hoc foro ad tertiam contignationem sua sponte scandisse. Hodie in eodem foro ad Sancti Georgij fanum antiquissimus fornix stat, septimio Imperatori, ac M. Aurelio ab Argentarijs, ac negotiatoribus illius loci erector dicitur in eo autem incisa sunt sacrificia bouum, quae ibi fierent. Hanc habet inscriptionē. IMP. CAES. L. SEPTIMIO. SEVERO, PIO, PERTINA CI. AVG. ARABIC. ADIABENIC. PARTH. MAX. FORTISSIMO. FELICISSIMO. PON.

s Strada.

TIF. MAX. TRIB. POTEST. XII. IMP. XI.  
 COS. III. PATRIPATRIA ET IMP. CAES.  
 M. AVRELIO ANTONINO PIO FELICI  
 AVG. TRIB. POTEST. VII. COS. III P. P. PRO  
 COS. FORTISSIMO FELICISSIMO QVE  
 PRINCIPI ET IULIAE AVG. MATRI  
 AVG. N. ET CASTRORVM, ET SENATVS,  
 ET PATRIA ET IMP. CAES. M. AVRE-  
 LI ANTONINI PII FELICIS AVG. PAR-  
 THICI MAXIMI. BRITANICI MAXI-  
 MI. ARGENTARI ET NEGOCIANTES  
 BOARI HVIVS LOCI Q VI DEVOTI  
 NVMINI EORVM INVEHENT. Nec pro-  
 cul hinc hodierno die peruetustum templum ex mar-  
 more, sed magna ex parte dirutum, multisq; ornamē-  
 tis spoliatum conspicitur, quatuor habet facies, qua-  
 dratae instar porticus, logiam hodie appellant. Ianus  
 quadrifrontis templum fuisse putatur, quod ueteres  
 in foro boario condidere. Huius autem quatuor fa-  
 cies quatuor anni partes significabant, quarum Fa-  
 nus est caput, ac princeps. Duodecim uero cellulae,  
 que in ijs faciebus cernuntur, menses anni denotant,  
 ut superius etiam est expositum cum de numeris men-  
 tio habetur, quos in manibus Fani simulacrum ba-  
 beret. Ianus uero bifrons tantum Romæ colebatur.  
 Sed postquam Romani in urbe Faleria, ab eis capta  
 Ianum quadrifrontem inuenierunt, in sua etiam si-  
 milem habere voluerunt. In foro ipso boario nō pro-  
 cul à schola grecatemplum fuit Herculis uictoris, in

*Ianus quadrifrons*  
 sup. l. 2 f. 59 -

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

hoc neq; muscæ, neq; canes ingrediebantur. Huius autem rei rationem affert Solinus. Nam cum hic car nem sacrorum distribuisset Hercules muscarū Mya groudum deuouisse fertur, in templi uero aditu clava relicta; cum primum ipsam canes olfacerent, repente fugiebant. Hoc quidem templum (quod Livius ro tundum fuisse scribit, quare pleriq; adducti sunt, ut il lud Fani templum fuisse dixerunt, quod Veste iuxta Tyberim assignauimus) Sexto. IIII. Pontifice sola equatūscimus: in cuius ruinis pulcherrima illa Herculis statua ex ære inaurata, quam bodie, ut antea dictam est, in Capitolio uidelicet in palatio conseruato rum seruant, reperta est. Quidam tamē ex Aræ max timæ ruinis erutam uolunt. Hæc quidem ea esse puta tur, que in Herculis templo M. Fulvio, & Cn. Manili Coſ. posita narratur, nec uero ea, quam Plinius in foro boario ab euandro sibi dicatam meminit, Herculemq; triumphalem appellatam, Quoniam in triumphis triumphantis habitu ornarent. Euandi certe tē pestate præter arā nihil præterea habuit Hercules. In his autenaruinis in marmorea tabula huiusmodi inscriptio reperta est. DEO HERCVLO INVI CTO C; TVL. POMPONIVS PVDENS SE VERIANVS V.C.PRAEF.VRB. Hoc templū imaginem Pacuvij poëtæ elegatiſime pictam habuit. Seruos uero, neq; libertos in illud ingredi fas fuit, præcipue cum sacra fierent. Hic prope scholam gre cam Aram Maximam Herculis, quam ipſe erexit, in circifere maximi ingressu fuisse uolunt. Sic autem ab ædificij

interdiuum  
temporū.

# LIBER TERTIVS.

ab edificij magnitudine appellatam Seruus tradidit;  
quans etiam suo tempore durasse narrat. Hic bona  
fuarum Herculem quas à caci antro, ac furto recuper-  
arat, decimam sacrificasse ferunt. Maxima uenera-  
tione erat, quare si quis maximum iuramentum requiri  
ueret, aram Maximam iurare cogebat. Narrant di-  
cisse. Herculem eum felicissimum futuru, quicquid  
frugum omnium fuerum decimam obtulisset, atque  
siccirco syllam, M. Crassum, ac Lucullum ditissimes  
memorant, quod decimas isti a re de dissident. Aiuutum  
Hercules per Italiam boves ageret, sibi oppressu, fa-  
minam rogasse poculum, id illa cum negans respon-  
disset non licere quicquam ex paratis sacris gustare,  
factum est ut hic postea sacrificans, fæminas omnia  
no ab ijs sacris excludi mandarit; non procul à San-  
cto Georgio fons est, que Iuturne nō nulli tribuunt,  
putantq; aliquando eo ē foro Romano inductum. In  
turne uero aqua Saluberrima adeo putabatur, ut  
ea quinques pueri abluti scabie liberarentur, in Tyberim  
defluebat; nos uero superius retulimus clea-  
maxime cornu per uelabrum fluxisse

Decima.

Scabie remede

De templo fortunæ prosperæ, Matris matutæ  
de forniciis stertinijs, et de templo pu-  
dicis patriæ. Cap. VIII.

Deo in foro boario templa seruus Tullas con-  
didit, alterum fortunæ prosperæ, quam ita cō-  
semper secundam rebus suis esset expertus, sic uocat-

K

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
replacuit. Is. n. serua matre natus Romanorum Rex  
fuit; quare, ut Plutarchus narrat, multa alia templo  
fortuna sub iuriis nominibus erexit, nam *Mascula*,  
*primogenitae*, *parvae*, *forti fortunae*, quam eandem cum  
iurili fuisse uolunt, conuertenti, benefiperanti, uiden-  
ti, templo, arasq; posuit. Alterum uero Matri Matu-  
ris, solennes autem ceremoniae; ac festa utriusq; uno  
etq; eodem die celebrantur. Liuius refert *Stertinium*  
post præturā, quam in Hispania gefit, in aerarium  
Romatum L. milia librarum argenti cotulisse. At-  
que ex manubiiis duos in foro boario fornices struc-  
xisse ante matutine templum, atium præterea in circo  
Maximo, omnesq; exquisiti simis, inauratisq; statuis  
exornasse. In eodem foro iuxta Herculis fanum pu-  
dicitie Patritiae facellum Liuius constituit ab Aemio  
lio conditum, in quo quidem certamen inter foemini-  
tas ortum sribit, qua sacrificatum conuenerant.  
Virginiam. n. Auli filiam patritiam P. lebeio nuptam.  
L. uolumnio consuli, matrone, quod e patribus emu-  
psisset, sacris arcuerat. Breuem altercationē fuissc,  
sed inde ex iracundia muliebri in contentionem ani-  
morum exarsisse, cum se Virginia et patriciam, et  
pudicam in patritiae Pudicitiae templum ingressam,  
et uniuersitatem, ad quem uirgo deducta sit, nec se ui-  
ri, honorariq; eius, ac rerum gestarum pœnitere glo-  
riata esset. Facto deinde egregio magnifica uerba  
edauxisse. In Vico longo, ubi habitabat ex pte ædiu m  
quod satie esset loci modico facello exclusisse, aramq;  
eius posuisse. Conuocatisq; matronis plebes conuicta-

fortuna tem-  
pla.

incuriam patriciarum dixisse, hanc ego Aram pudicitiae plebeie didico; nosq; hortor, ut quod certamen virtutis viros in hac civitate tenet, hoc pudicitie inter matronas sit. Detinq; operam, ut hac aram quam ilia, siquid potest sanctius, et a castioribus coli dicatur. Addit Linus eodem forme ritu, et hanc Aram, quo illa antiquior cultum esse, ut nulla nisi spectat a pudicitiae matrona, ex qua uni Viro nupta fuisse, ius sacrificandi haberet. In faro præterea boario primos gladiatoriios ludos editos uolunt.

De circo Maximo, et de templo Consi, ac

Neptuni. Cap. IX.

**E**X bac Palatini parte circus maximus usq; ad Auentinum prope extendebatur. Prius uero quæ de eius partibus quicquam afferamus, opere pretium uidetur generatim de ijs circis exponere, qui nulla alia causa quam ludorum uenationumq; sunt instituti. Varro putat ideo circenses hos ludos appellatos, quod prius locis uirctibus atq; herbosis inter enses, et flumina, quare circenses quasi circum enses sunt dicti. Verum potius ideo sic appellatos fuisse putandum est, quod circum populus fusus spectaret ludos, sive etiam ab ipso circo, in quo fiebant. Nam bemiciti figuram longiore tamquam latiorem habebant, et loca, in quibus ludi committebantur. Locum unde currere incipiebatur, carceres vocabant. Nec inde unquam mouebantur prius, quam signum dare

K ii

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

Intraq; Circi parte pari distantia due figebantur metae pyramidum instar habentes, circum quae equi, currusq; revolvebantur. Ut uero liberius exercitari, atq; excurrere equi possent, nonnunquam mente ammouebantur. Circum autem erant sessioes, in quibus comedisse spectari poterat. Sed de circo maximo dicendum. Huic magnitudo nomen huiusmodi enuenit, ut maximus diceretur. Olim CCCCL. passibus longitudine. C. uero, ex XXV. latitudine. Secundum uero Plinium, si edificia computentur, quatuor agri modijs extendebatur, adeo autem capax erat, ut CCXL. millia hominum in eo commodissime stare possent. Tarquinius Priscus Liuio narrante locum huic circo designauit loca diuisa praeterea patribus, equitibusq; ubi spectacula sibi quisq; ficerent. Additq; spectatu fuisse furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes. Ut uero Dionysius tradit primum sedilia cooperta fecit Tarquinius. primum. n. spectabat stantes sub tabernaculis lignieis arundinibus aridis fultis. Sedilia postea huius superbus Tarquinius magnifice extruxit. Plinius quasi non nullum instauratum a Cæsare dictatore scribit. Suetonius praeterea meminit ab eodem Cæsare ampliatum, multaq; ibi festa ab eo celebrata. Ab Augusto uero mirifice ornatum idem autur narrat. Multosq; in eodudum per eum institutos, equorum, curruum, uenationum, sed preter ceteros ludum Troianum celebras fe, ut antiqui sanguinis claritas uirtusq; apertius ostendaretur, ludus autem puerilis erat, atq; equestris ab

Aescino Aeneae filio originem ducens. Hoc ludi genitus diximus exprefſiſe Virgilius uidetur. Claudioſ carceres ex marmore poſtea, faciendoſ curauit, maf tasq; que antea ex toſſis fuerant, lignisq; in aurauit. Senatoribus locum proprum aſignauit, cum prius alijs mixti ſpectare ſolerent. Hunc circumſemidiru- tum Traianus ampliauit, et ad pulchriorem formā rededit. Nobiliſimis uero columnis, atq; auro Helion gabalus ornauit, paimento ē Chryſocolla factō, ten- rā autem genus eſt Chryſocolla, que in aurifodinis naſcitur et auri colorem imitatur. Tanta autē pul- chritudine fuſſe porticus accepimus, ut non minus ad eorum ornatū, quam ad ludos ſpectandoſ conuenirent. Circi Maximi carceres ibi fuere, ubi hodie horti ſcholæ græce, aut fere Paulum diſtantēſ ſunt. Suetonius refert in interiori parte Circi Maximi in gentem alueum ad aquas fuſcipiendaſ deſodisse, ſta- gnum uero à Dionyſio uocatum meminimus pedum X. altitudinem, ac latitudinem continuuiffe. Poſt autē id ſtagnum idē autor refert edificataſ eſſe porticus tectura triplici, harum autem paumenta babuiſſe, ut in Theatris, parum ſuperstantia lapidea ſedilia, in ſuperioribusq; lignea, et circa eundem circum ex- trinſecus aliam fuſſe portam ſcribit unius tectura officinas in ſe habentem, et habitationes ſuper eadē, quam aſcensus et ingressus eſſent uenientibus ad ſpe- ctacula iuxta quanq; officinam, ita ut nibil tot millia ingredientium, atq; abeuntium turbaret. In hunc ip- ſum circum preter uaria ludorum genera, aquam

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

Appiam inducebāt, ex in eo instar exigui marii cas  
Etis aquis replete nauales ludos celebrabant, qui quā  
dam naualit pugnae simulacrum pre se ferebant. Ve  
teres Circi Maximi naumachiam dixere. Eam autē  
partem que esset ad Auentinum Tiberij Cesaris tē  
pore conflagrassē autor est Cornelius Tacitus. Vale  
rius uero Maximus asserit hic primū à Romulo cir  
censes ludos institutos, quo tempore sabinas rapuit.  
*Conſualia a  
conſo.* Conſualiaq; à Conſo consiliū deo appellasse, quasi ille  
conſo autore, atq; adiuuante ea ſibi ſucceffiſſent, que  
cogitarat in uxoribus ciuibus parandis. Plutarchus  
memorat famam fuſſe uulgatam cuiuadū dei aram  
ſub terra conditam à Romulo eſſe inuentam, eiq; deo  
nomen conſo inditum, ſiue à conſilio, quod cōſſilium  
arcānum, ex minime apertum eſſe oporteat, ſubter  
raneam haud temere, ex opertam dei aram eſſe quas  
mobrem arahuius dei reliquum tempns latebat, in  
equeſtribus autem certaminibus aperiri solebat. Cō  
ſus poſtea hic templum babuit, quem pleriq; Neptu  
num equeſtre eſſe putarunt. Quare Liuus conſua  
lia Neptuni festa uocat. Quamus Dionyſius Neptu  
no equeſtri ab Arcadibus templum erectum, arā ue  
ro cuiuadū Genio conſtiliorum custodi positam ſcri  
bit. Cōſualia nibil aliud fuere quam iij ludi, in quibus  
Sabinae ſunt raptæ. Neptuni tēplū ibi locant, ubi no  
ſtrai tēpeſtate ad Palatini radices ad D. Anastasię fa  
nū quādā cella repta eſt, uarijs cōchilijs marinis orna  
ta, in quarū medio uidelicet in ſuperiori pte, Aquila  
tota cādida excepta crifta, q̄ rubea erat cōſpiciebatur.

De multis templis, quæ in circō erāt Maximo aut  
prope, ac de obelisco fracto. Cap. X.

**I**VTA circum maximū. Iuuentutis templum fuit à Gn. Licinio duumuiro posītum, itē Mercurij Veneris, à Fabio gurgite Cos. filio ex nonnullarum Fæminarum multis, quæ stupri conuictæ fuerant. Ceres præterea, nam ut tradit. Plinius Damophilus, ac Gorgasus tum pictores, tum Plastæ nobilissimi huius deæ templum utroq; genere artis sua excoluisse, dicuntur. Bacchi atq; Ariadnes pictura. Apud circum ipsum afferente Tacito Solis, liberi, Libere, Flora, Proserpinæq; templo fuere. Nonnulli tradūt hic, tres aras fuisse tribus colūnis nixas Samothraciæ diis scilicet diis Magnis, penatibus, cœlicis ac terre diis omniumq; rerum autoribus ac parentibus positas fuisse. In eodem circō Stertinius forniciem, de quo superius dictum est, extruxit. Ad hunc circum resert iuuenalis habitasse maximum meretricum numerum. Apud quem quidem Pompeij domum, ubi Herculem Mironis nobilissimi artificis, fuisse memorant positam dicunt, nam ut quidam coniiciunt, iuxta palatinum fuit ad templum diue Anastasiæ, ubi ingentes antiquorū edificiorum ruine conficiuntur. In circō similiter maximo Pub. Victor duos obeliscos ponit, alterū stā tem, alterum humi iacētem, alterū pedū CXXXII. longitudinem, alterum uero LXXXVIII. qui fractus est, ex terra totus fere obrutus, horum maior est, Augustus uero crexit. Plinius tradit hunc prætor

Penatibus  
Magis Diis.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
Basim, que ex eodē esset lapide, parum à CXXVI.  
pedum longitudine absuisse, atq; à Semnificateo Rege  
Imperatū, cuius Regis tempestate in Aegyptum Pī  
Thagorus traiecisset. In erigendo diffractum uolant.  
Marcellinus resert ex Hieropoli Aegypti urbe duos  
Romam ab Augusto obeliscos inuectos, quorumic  
unus fuit, alter, qui in campo Martio fuit erectus, de  
quo mox narrabitur opportune.

De septizonio Seueri, de Constantini fornice ex  
de meta sudante. Cap. XI.

Propria circum maximum in Angulo fere Palatini,  
qui meridiem spectat, Seueri septizonium est,  
id autem sepulchrum fuisse tradunt, quod ipse sibi in  
via Appia condidit. Ideo autem Spartiano scriben-  
te, hoc extrui curauit, ut ijs, qui ex Africa profici-  
sceretur, statim occurreret. A septem quasi zonis co-  
lumnarum dictum putant, que sibi inuicem superedi-  
ficatae essent, hodie tres ordines ipsarum tantū uide-  
mus, septisolium aliqui appellantur, nōnulli à tribus  
ijs, que bic concurrerent, Septodium dixerunt. Hoc  
quidem cum uetusissimum sit, semper ruinam mina-  
tur. In huius frontispicio haec, sed imperfecta inscri-  
ptio habetur. C. TRIB. POT. VI. COS. FORTV.  
NATISSIMVS NOBILISSIMVS SQ V E.  
Quoniam uero mirabilis huius Aedificij altitudo ui-  
detur, fieri non potuisse multi existimant, ut alij, ex  
hoc est ordines quatuor Columnarum super edifica-

Si essent. Hic aliquando templum fuit D. Lucio septi  
solij cognomento. Qui titulus Cardinalis est, hic Gre-  
gorius p̄t̄fex. IX. creatus dicitur. Alterius Septi-  
zonij meminit Suetonius, cum Titum paruis ediculis  
natum iuxta septizonium narrat. Vbi uero fuisset,  
obscurum est. Quidam tamen ad hunc locum fuisse,  
aut hoc à seuero positura, ad eius similitudinem reno-  
vatum uolunt. In alio palatini angulo, qui coliseum  
spectat. Constantini magni fornix pulcherrimus cō-  
spicitur, minus corrupta sua ornamenta habens quā  
reliqui triumphales fornices, trophea adhuc & ui-  
gorias alatas seruans. Hunc senatus post Massenii  
Tyrannum superatum ad pontem, ut hodie uocant,  
mollem erexit, quare in utroq; frontispicio haec lea-  
guntur. IMP. CAES. FL. CONSTANTINO  
MAXIMO. P. F. AVGVSTO. S. P. Q. R.  
QVOD INSTINCTV DIVINITATIS MEN-  
TIS MAGNITUDINE CVM EXERCITV  
SVO TAM DE TYRANNO QVAM DE  
OMNI EIVS FACTIONE VNO TE MPO-  
RE IVSTIS REMP. VLTVS E ST. ARMIS  
ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICA-  
VIT In fronte uero, que ad orientem uergit à de-  
tra legitur. VOTIS. X. à Sinistra VOTIS. XX.  
facies que est ad occidentem babet. Sic. X. à sinistra  
Sic. XX. In superiori parte fornici nempe ex uno  
latere. LIBERATORI VRBIS, Ex alio FVN-  
DATORI Q VIETIS. Quoniā uero in hoc for-  
nice quedam diuinitus, quedam rudius sculpta sidē

VIET. adata.

DE ANTIQ<sup>E</sup> V<sup>R</sup>BIA ENOMAE  
tur, quicquid excellentis esset, eo ex Traiani fornici  
ce translatum, reliqua Constantini tempore facta  
pleriq; existimarunt. Ante hunc fornicem meta per-  
uetusta ex lateritio constructa est, quam veteres su-  
dantem metam appellauere, quoniam ex ea satis am-  
pla aquæ copia mararet ad eorum sitim restinguendam,  
qui eò ad amphitheatrales ludos spectandos con-  
fluebāt. Simulacrum Iouis ænei in ipsius uertice fuis-  
se uolunt. Quoniam uero hoc uenimus, amphitheatru  
non pretermittamus licet.

De amphitheatro Titi, de domo antea Neronis.  
de templo fortunæ scie. Cap. XII.

**Q**uemadmodum Theatrum Hemicicli formans  
habebat. Ita Amphitheatrum undique per-  
fectus circulus est, quasi duo sint theatra, et sicut in  
theatris poetarum fabulæ, atq; argumenta recitari  
solebant. Haec in Amphitheatro gladiatorum concur-  
sus ludiq; preterea uenationes, plerumq; pugnæ naua-  
les aquainte aduicta, fiebant. Sapissime in amphitea-  
tris cum feris homines præcio ducti congregabantur.  
Aliqui cum dannati essent bestijs laniandi, obij-  
ciebantur. Claudio, compositis rebus Aegipti, ex mi-  
litibus, qui ab eo defecerat partē interfici statim ius  
fit, partem Rōmam misit, ut cum feris congrederen-  
tur. Hoc uero de quo nunc agendum est Vespasianus  
condidit in media Vrbe quemadmodum etiam Au-  
gustum decrouisse sciebat. Titus postea filius dicauit,

ludis magnificentissime exhibitis. Martialis Domini epigram  
 tianotribuit ut sibi assentaretur, nihil uero bunc feci-  
 sisse constat excepta incrustatione, ornamenti qui  
 dem statuarum in fornicibus additis, suo, ut mos erat  
 principum in operibus magnificis, nomine adiuncto.  
 Hodie omnino dirutum est, à barbaris n. conflagra-  
 tum fuit; soloq; equatum. Huius postea saxis in moe-  
 nibus reparandis Romani usi sunt Casiodoro auto-  
 re, cum id à Theodorico Gothorum rege prius im-  
 petravissent. Adeo uero sublimē atq; editū fuisse Plia-  
 nius testatur, ut uix ad summītatem humanus oculus  
 accedere posset. Id autem querum fuisse ex iis uestigis,  
 que adhuc extant, facile conisci pot. LXXXVII. 87000 —  
 millia hominum spectantium capax erat. Ne uero  
 aditus atq; exitus conturbaretur (ut de circō dixi-  
 mus) extrinsecus fuit porticus, ut adhuc uidere est,  
 in cuius omni latere ingressus dabantur, atq; egressus  
 patebant. In huius fornicibus interiori scilicet parte  
 statuae erant fixæ ex marmore, & usq; ad hanc etate  
 tem imagines ex gypso durant, quoniam uero cam-  
 pus, q; in amphitheatro erat, arena spargi solebat, ut in arenam  
 forcios pedibus inniterentur. Certantes, aut ut mitius  
 caderent, usus obtinuit, ut Arena diceretur. Colosseum  
 uulgo Amphitheatrum ab ingenti colosso, qui pro-  
 pe hunc locum esset, appellauere; fuit autem huius=modi Colossus Neronis statua CXX. pedum altitu-  
 dine, quem sibi ante domum erigendam curauit. Post  
 autem huius immanis principis mortem soli dicatum  
 accepimus. Deinde uero, ut superius est expositum, ip.

Colosseus Nero  
 nis statua  
 120 p. 20

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

flus Colossi capite amputato Commodus suum ipsius  
reposuit. Quoniam uero in Neronis incidimus men-  
tionem, de ea dicendum uidetur prius, quam hunc lo-  
cus omittamus. Admirabilis illa quidem fuit, et quis  
omnem humnam fidem superaret. Suetonius .n. est  
auctor domum construxisse huc, que quicquid est spa-  
cij inter palatinum, atq; cælium, exquillas usq; occu-  
paret, ad Mæcenatis hortos etiā extendebatur, ut ma-  
xime Vrbis potius formam quam domus haberet, ut  
uero huic furori satisfaceret innumerables domo-  
ciuum demolitus est, unde factum est Epigramma.  
Roma domus fiet, Veios migrate quirites

Si non et Veios occupat ista domus.

Hanc primo transitoriam, postea uero conflagrata,  
restitutamq; Auream nominauit. Eiusmodi domum  
cum absolutam dedicaret hactenus comprobauit, ut  
diceret quasi hominem tandem habitare cepisse. Cum  
uero ignis Romæ accensus esset, Tacito autore nun-  
quam extingui, nisi tota domo ista, palatino, edifi-  
eisq; proximis absumptis, potuit. Vestibulū ei fuit,  
in quo Colossus CXX. pedum staret, hunc autem Pla-  
nius scribit à Zenodoro factum, quem ideo ex Gal-  
lia Romam accerfuit. Stagnum habuit maris instar  
circum septum edificijs ad urbium speciem. Rura in  
super aruis. atq; uinetis, et pascuis, sylvisq; uaria cū  
multitudine omnis generic pecudum, ae ferarū. Cam-  
pos ad seminandum habuit uinetaq; non modica, por-  
ticus trium ordinum fuere millia passuum longitu-  
dine. In ceteris partibus omnia auro lita, distincta gē.

mis: Cenationes laqueate tabulis eburneis uerfatio  
libus, ut flores ex fistulis, et unguenta desuper sparsa  
gerentur. Præcipua cenationum rotunda, que per-  
petuo diebus, ac noctibus uice mundi circum agere-  
tur. Therme aquis dulcibus, marinisq; scaturiebant.  
In huius domus superioribus locis autore Plinio mira  
arte argenteæ anes incise erat. Alibi præterea referræ  
durea domo Neronem adem Fortunæ, quam sciæ apa-  
pellabant, à seruio rege sacratam complexam. Hanc  
admodum pheagite lapide factam narrat. Is lapis cana-  
didus, atq; translucens adeo est, ut illius edis foribus  
clausis interdiu claritas diurna esset, haud aliter quam  
specularium modo, tanquam inclusa luce non trans-  
missa. Iuxta hanc domum fuere borea quedam, quo-  
rum spaciū cū immāni edificio includere optaret,  
quoniam ex durissima essent materia coedificata, ne  
chini bellicis admotis, atq; demum igne machinante  
est demolitus. Verum hec omnia edificiorum quæ  
porteta à reliquis Imperatoribus euersa sunt, nouaq;  
superedificata fuisse constat. Atq; eo quidē loco, ubi  
est amphitheatrum à Vespasiano constructum, eius  
domus stagnum fuerat.

De templo Iſidis, quirini, Honoris, uirtutis, de  
Celiolo, de templo Diane, et de riuo  
Appio. Cap. XIII.

**A**duiam Appiam nunc reuertendum uidetur,  
aut si quid in hac ualle sit usq; ad portam capen-

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
nam explicemus. Expositum est superius viam nona-  
usque ad caracalle thermas se extendisse; atque  
iuxta Capenam portam cum Appia se coniunxisse.  
Hic igitur uidelicet sub has thermas famum Isidi car-  
racalla posuit prope id templum, quod D. Nerei esse  
dicunt, ubi Marmor cū hac inscriptione repertū est.  
**SAECVLO FELICI ISIAS SACERDOS ISI-**  
**DI SALVTARIS CONSECRATIO.** Item  
aliud, quod huiusmodi est. **PONTIFICIS VO-**  
**TIS ANNANT DII ROMANAЕ REIP.**  
**ARCANAQ. MORBIS PRAESIDIA A**  
**AN-**  
**NVANT QVORVM NVTV ROMANO**  
**IMPERIO REGNA CESSERE.** Seruias in ur-  
be iuxta capenam templum quirino ponit, asseritque  
duo hic Martem habuisse templa, alterum in urbe, sub  
quirini nomine, quasi tranquillum, urbisq; custodene  
dicas. Alterū extra urbē in Appia sub gradini, mar-  
tis nomine quasi bellatorem, atq; in armis promptū  
intelligens. Ad hanc ipsam portam interiori scilicet  
parte, templum fuit à M. Marcello dicatum Hono-  
rit, ac iuriti, postea uero à Vespasiano instauratum,  
iuxta portam fuisse dicunt, ut ad bella exēutes mores  
ret duce uirtute gloriam honoremq; cōparari. Quan-  
re D. Augustinus est testis in honoris templum non  
prius cuiquam ingredi licuisse, quam in uirtutis esset  
ingressus. Marius quidem alia templa Virtuti, atq;  
honori, sed alijs in locis posuit. Ideo Sex. Pompeius  
aliquanta būmitora abeo factā ne altitudine capta-  
tiones auguriorum impedirent, unde deturbari pom-

truisserent, scribit. A Sinistra in via Appia priusquam  
e civitate egrediare, Caeliolū conspicitur, in quo olim  
Diane fuit templum. Hoc autem ubi nunc est fanum  
Divi Ioannis ante portam latinam fuisse nonnulli pu-  
tauerunt. Nam in vineis, quæ proximæ sunt, multa an-  
tiqua fragmenta marmorea sunt reperta, in quibus  
renator equo insidens inuentus est canem prope scul-  
ptum habens, ex simul Rusticum cum baculo præuen-  
tem. Frusta vasorum similiter cum lunæ imagine inci-  
sa reperta traduntur. In cæliolum pars eorum Tusco-  
rum qui cælium habitarent, migrasse accepimus. Ut  
mox dicetur. In ualle uero, que inter cæliolum ac Cæ-  
lium est, piscinam, quo natum inuentus conueniebat,  
fuisse uolunt. Riuus Appius, ut ante est dictu-  
is est, qui per Gabinam ingrediens portam, per hanc  
uallem preterfluit; et propter Auentinum labens  
se cum tyberi non procul à Salinis commiscet, iuxta  
oppidum, quod hodie Frascatum uocant, Iccirco par-  
tem antiquæ aquæ Appiae, siue Rium Herculaneum  
putant. Nonnulli à fluuiolo Almone, in quo canasum  
cybelis simulacrum ablutum fuerit, cum ē pessimis-  
te Romam est inuestitum, Almonem nominatum uo-  
lunt, et ante capenam portam fluens cum Tyberi in  
gebatur, feruntq; quemadmodum Cybelis sacerdos-  
tes singulis annis Cal. Aprilibus in Almone abluere  
deæ simulacrum solebant, ita hoc tempore. Augusto  
mense eodem in riuo Christi seruatori imagini pedes la-  
uati, cū p. urō cū p. opa circumferunt. Sed cū de ijs locis  
omnibus satis sit expositū ad cæliū mōte accedendū.

prosp iter.  
prosp iter.

Almon.

## DE ANTIQV RIBIS ROMAE

De monte Cælio, ex de suarum rerum parte, nra  
pote de curia Hostilia, de Mansionibus Albae  
nis, de templo Fauni, de Hospitijs peregrin  
nis, de domo laterana, de Constantini  
palatio.

Cap. XIII.

1  
a gressu.  
**C**AELIO monte Cælius ubemus Hetruscoru<sup>m</sup> dux  
qui cum subsidio Romulo tenuisset, cū suds omnī  
bus Romæ constituit, nomen fecit. Post cuius obitū cō  
de ijs populis suspicio incidisset ob loci altitudinem,  
Vicūm Tuscum, ut etiam antea est expositum, ad han  
bitandum illis assignauere, quorum uero nulla esset  
suspicio, Cæliotum habitandum tradidere. Querque  
tulanum prius uocatum hunc montem Tacitus autor  
est, à queruū copia. Afferit etiam quodam tempo  
re Augustum uocatum. Hunc Tullus Hostilius ur  
bi addidit. Ut uero ab Albanis quos Romam duxit le  
bentius Coleretur, hunc locum est impertitus, ipseq;  
præterea ibi locum habitare constituit. Longissimo  
iuxta moenia collis extēditur, usq; ad portam Neuā,  
ab Exquilijs uero labicana via dirimitur. Iuxta an  
gulum, qui circum maximum spectat curiam Hosti  
lia de suo nomine Tullus Hostilius condidit, hæc au  
tem alia est ab ea, quæ prope Romanum forum est.  
Ideo autem Tullus id templum posuit ut in ea ordo  
a se auctus reciperet, post Albæ quidem ruinas est  
conditum, ex quo frequentius habitaretur, eam sedē  
Tullus regie capit, ibi q; deinde habitauit. Hodie tem  
plum est D. Joanni ac Paulo dicatum, in cuius super  
bissimo

Bisimo Palatio aliquando Romani Pontifices habitarunt. Quidam tamen uolunt ad curiam esse Hostiiliā, atq; in paterna horum sanctorum domo, qui hoc loco Iuliani Imperatoris mandato necati, sepultique fuere. Hic prope aque clandie alueū D. Thome est Hospicium. Is locus aliquando fuit, quem redimendis captiuis ex infidelium vinculis asfagnarunt. In ea parte, que palatino opposita est D. Gregorij Cenobiam atq; eius templum uidetur, quod ex suis ipsis domibus factum D. Andrea apostolo dicauit. In huius collis parte, quo Thermae spectat caracalle, quo in Auentino sunt, fuere olim Albanæ mansiones. Sic cum locum, Albanis ad habitandum traditum, appellauere. Hodie D. Mariæ cognomento in dominica fānum est, aliquando à Leone X. instauratum. Nec procul hinc quasi in collis medio antiquū, pariter ac pulcherrimum Fauni templum rotundum illud quidem conspicitur. Quod à Simplicio Pont. I. Stephano protomartyri dicatum ferunt nobilissimum omnium templorum Rome fuit marmoreis columnis ornatum, parietesq; tabulis marmoreis pulcherrime tectos habens, insuper elegantissime museatis operibus distinctum. Verum cum pene diruta uetusstate esset, Nicolaus. V. templi amplitudinem in angustiore formam rededit, sic ut hodie uidemus, ex ex inscriptione constat. Ea uero collis parte quo Exquilijs opponitur, et sanctorum quatuor coronatorum olim Hospitia peregrina extitere. Augustus ad Italiam tandem duas classes maximas comparavit, eas autem

# DE ANTIQ: VRBIS ROMAE

provinciam distribuit alteram. n. Miseni, alteram Rauennæ ad tutelam superi atq; inferi maris collocavit. Exercitum Clasis Rauennæ in hybernis atq; aestu ianiculi esse uoluit, Miseni in Cœlio mōte in ijs quidem Hospicijs, que ipse peregrina appellauit. In horum Hospiciorum ruinis à fundamentis templum sanctorum quatuor coronatorum Honorius. I. Pont. exstruxit. Hoc cum ab Honorio. II. Imperatore euersus fuisset, Pasqualis, II. Pont. renouauit, pulcherrimo palatio addito. Sub ipsum locum fanum D. Clementis erectum est, quod ex paterna domo Idem ex ædificauit. Lateranorum uero domus nobilissima ibi quondam dicitur fuisse, ubi nunc est D. Ioannis in Laterano pulcherrimum templum à Magna Constantino D. Sylvestris præcibus constructum. Quare diu Constantini basilicā locum appellantur. Hic capita Ioannis ac Pauli, præterea plurimæ sanctorum aliorū reliquiae sunt, quas resurrectionis Domini dic exponere et palam proponere omnibus solent. Quatuor insuper columnæ ex ære, que prius in capitolio, ut ante est dictum, fuere, ab Augusto ex nauium deuictarum rostris factæ. Tabula ænea ferantiqua bene longā inscriptionem quorundam decretorum eius temporis continens. Mensa quadrata formæ ibidem seruantur, super qua christum extremam cum discipulis casea patrasse uolunt. Arca federis, Virga Aaron. Prope hoc templum Constantini baptisteriū sive lauacrum est, rotundum, columnis marmoris nobilissimi cinctus, ubi coruos circu quoque fuisse, qui ore aquam in uas

Pasqualis

effunderent, narrant. Tres cellas Hilarius pontifex, unam D. Ioanni baptiste, quo foemine accedere religio est, portas aeneas habet. Cubiculumq; Constantini Magni fuisse prædicant, cruci secundam dicauit ea parte, quæ D. Ioannis Hospicio respondet, ibi due lumenatae columnæ sunt, quarum altera semper uigilium odorem emittere apertum est. Ex Iudea ē cubiculo uirginis allatas putant. Supra D. Ioannem sancta Sanctorum mira uenerationis, ac reuerentia locus est, proxime saluatoris Hospicium est à columnis sib us erectum, edificijs uero, ac prouentu à reliquis Romanis Heroibus locupletatum, ubi mira pieitate infirmis subleuandis operam dant. Prope latera norum domum. M. Aurelius Imp. educatus dicitur. Iuxta uero D. Ioannis templū uersus Gabiussam portam Constantini fuisse palatum affirmant.

De templo Veneris, cupidinis, de Amphitheatre  
tro Statili Tauri, de palatio sesoriano,  
de Aqueductibus aq; Claudiæ, de  
Anniene nouo. Cap. XV.

**V**eneris templum, atq; cupidinis ibi quondam fure, ubi nunc sanctæ Crucis in Hierusalem est fenum. Plurimæ n. maximæq; reliquie huius templi à sinistra uidentur. Prope hunc locum, qui cum mœnibus urbis coniungitur, atq; Cenobio monachorum sancte crucis complectitur, magna pars Amphiteatri Statili Tauri cōspicitur, quod suauissimi Augusti qui

L. q

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

urbem quotidie ornatiorem fieri uolebat, cōstruxit,  
nec uero tam magnum fuit, hodie maiori ex parte de-  
rūtum est. Quoniam uero cum moenibus coniunctū  
est, facile argumento esse potest quā coarctata umbra  
sit, existimandum. n. est ab urbis moenibus omnino  
abfuisse. Prius hoc cōdificatum, quam Titi constat, nā  
atiquando ante Augustus fuit. Ante autem Tauruna  
scimus alīnd amphitheatrum à C. Cōſare in campo  
Martio cōditum, quod postea Suetonio autore Au-  
gustus ad Mausoleum cōdificandum diruit. Sancta  
Crucis templum suprē Sessoriani Atrium à Magno  
Constantino constructum uolūt. A plerisq. n. adhuc  
Sessoriana basilica vocatur. Sessorianum autem pa-  
latium inter hoc templum; atq; Neuā portā loca quā  
dem proxima fuisse uolunt. Ex ijs. ornamentis, quae  
extant, satis speciosum, ac conspicuum templum est.  
Helenam Constantini matrem subterraneam cellam  
posuisse ferunt, quo sc̄eminiſ ingredi nefas est, nisi  
xiiij. Cal. Aprilibus, quo die sacrata dicitur. Inter plu-  
rimas reliquias fructum ligni crucis, ipsiusq; titulum,  
unus ex denariis argenteis, quo Iudas Dominum uen-  
dēs ipsum prodidit. Clavis unus præterea ex ijs, qui  
bus affixus est cruci seruātur. C. Caligula duos aqua-  
ductus inchoauit ad duas aquas in urbem inducendas  
cum satis esse septem illas, quae antea influerent, non  
putaret. Hoc uero opus postea M. Claudius magnifice  
ce perfecit. Quare altera ex ijs, Claudia aqua dici me-  
tuit, quam ipse ex duobus fontibus caruleo altera  
ob colorē, altero curito, induxit, Anienem præter-

i. duos aqua  
ri uot -

Texnonū, sic ob aliis Anienis differentiam appellatū,  
 qui fluuius prius in urbem influebat, & propterea  
 uetus nominatus, inducendum curauit. Scribit Pliniius aquæ Claudiæ opus omnium reliquorum aquæ  
 Auctiū longissimo interuallo superasse. Hunt. n. ait  
 omnes Romanos colles altitudine excedere. Atq; in  
 id opus seftertium termillies, cuius cum rationem pu-  
 taret Budeus Auri ut uulgo loquimur Millionē; ac  
 CCCLXXXV. millia & D. coronatos efficere mo-  
 nuit. Hanc aquam Claudio à quadragesimo ab urbe  
 lapide induxit propter uiam sublacis sicut hodie nomi-  
 nant. X. uero millia passuum continebat longitudine  
 re is aquæductus, qui huiusmodi aquam induceret.  
 Reliqua subterraneo alueo ducebatur. Aquæ Augu-  
 stæ fons huic datus est, q; prius aquæ martie tributus  
 fuerat. Verum quoniam illa per se satis esset, ammo-  
 tus est. Accepit præterea Claudio alium fontem nę-  
 pe Albudinum excellentiæ Martie Par. Extra urbē  
 ciuium utilitati, ac commodo Claudiæ partem imper-  
 tiuerant, in urbem uero cum Aniene nouo misceba-  
 tur. Postea in x c iij. Castella distribuebatur, ut inde  
 omnes Vrbis Regiones, que xi i ij. numero erant, po-  
 testas esset aquæ fruenda. Castellum autem paruum  
 quoddam ædificium erat super aquæ alueo, ubi cū pu-  
 blica esset in plures diuidebatur partes priuato, pu-  
 blicoq; usui. Quoniam uero quosdam quasi lacus par-  
 uos facerent, ad uarios artium mechanicarum usus,  
 ut fullonum, coriarius, ac similiūm, hortis quoque  
 irrigandis uebantur. Castellarum præcipui curato-

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
res erant. Iccirco castellarij appellati. Qyem admodum  
sic ex marmore antiquissimo coniicitur.

D. M.

CLEMENTI CAESARVM. N. SERVO CA-  
STELLARIO AQVAE CLAVDIAE FE-  
CIT CLAVDIA SABBATHIS, ET SIBI,  
ET SVIS. Per Neuam portam ingrediebatur Vr-  
bem Claudia, ubi, ne impedimento esset, alia ex mar-  
more porta facta est. In qua titulus huiusmodi anti-  
quissimus legitur.

TI. CLAVDIVS DRVSI F. CAESAR A V-  
GVSTVS GERMANICVS PONTIF. MAX.  
TRIBVNICIA POTESTATE XII. COS. V.  
IMPERATOR. XVII. PATERPATRIAE.  
AQVAS CLAVDIAM EX FONTIBVS  
QVI VOCABANTVR CAERVLEVS, ET  
CVRTIVS AMILIARIO XXXXV. ITEM  
ANIENEM NOVAM A MILLARIO  
LXII. SVA IMPENSA IN VRBEM PER-  
DVCENDAS CVRAVIT. IMP. CAESAR VE  
SPASIANVS AVGVT. PONT. MAX. TRIB.  
POT. II. IMP. VI. COS. III. DESIG. IIII. P.P.  
AQVAM CVRTIAM, ET CAERVLEAM  
PERDVCTAS A DIVO CLAVDIO, ET  
POSTEA INTERMISSAS DILAPSASQ.  
PER ANNOS NOVEM SVA IM PENSA  
VRBI RESTITVIT. IMP. T. CAESAR DIVI  
F. VESPASIANVS AVGUSTVS PONTIFEX

MAXI. TRIBVNIC. POTESTATE X. IMPERATOR XVII. PATER PATRIAE CENSOR COS. VIII. AQVAS CVRTIAM, ET CAERVLEAM REDVCTAS A DIVO CLAVDIO, ET POSTEA A DIVO VESPASIANO PATRE SVO VRBI RESTITUTAS. CVM A CAPITE AQVARVM A SOLO VETVSTATE DILAPSÆ ESENT NOVA FORMA REDVCENDAS SVA IMPENSA CV RAVIT. Accepimus ex alio marmore uetusto ad Neuiam portam reperto hos ipsos aquæductus Cælij mōtis uetustate dilapsos ac consumptos, à M. Antonio. L. septimio, ac. M. Aurelio renouatos. Aque uero Claudiæ aquæductus per Cælium sursus extendebat. Cuius rei hodie non uno in loco, præsertim ad D. Mariam in dominica extant uestigia, ubi sub aquæductu arcus est Tiuerini cum hac inscriptione.

P.COR.P.F.DOLABELLA COS. C. IVNIVS.  
C.F.SILANVS FLAMEN MARTIAL. EX  
S.C.FACIVNDVM CVRAVERVNT,  
IDEMQ. PROBAVERVNT. Non procul à D.Ioanne Paulo sub hunc ipsum aquæductum castellum uetustissimum integrum fere ad aquam recipiendam extat. Claudiam aquam in Palatinum, atq; Auëtinum, & in quandam capitolij partem fluxisse uoluunt. Quoniam uero Anio nouus cū claudia sc̄ se miscerat in urbe, idemq; efficiebantur, non nihil de ea se in presenti dicendum uidetur. Anio nouus iuxta

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAB

Sublacum XLII. millibus passuum ab urbe ex ipso quidem Aniene deriuabatur, qui quoniam depresso haberet ripas, solū uero crassum ac, ut sic dicoam, incurians, tametsi nullis imbris, ac tempestate conturbaretur, cenofus, ac turbidus tamen semper fluens, quare ad ipsum purgandum, prope locum, unde nouus Anio corriuatur, piscina constituta est, quo purior, ac lucidior urbem ingredere tur. Verum parum ea re proficere, Pluuijs. n. lutulentior fiebat, huic aquae Herculanus riuus iungebatur, qui in eadem via, sed purior, ac lucidior oriebatur, huius tamen commixtione perspicuitate amittebat. XLII. millibus passuum, ut modo dicebamus, perducebatur Anio nouus excelsiorq; ceteris omnibus aquis, que in urbem inducerentur ex quoniam copia suarum aquarū ex crescens reliquas adiuuabat, eas plerunq; in primis uero claudiam conturbabat. Igitur omnes reliquias aquas Anio nouus altitudine superabat. Huic proximum altitudinis locum claudia obtinebat. Tertium Iulia. Quartum Tepula. Quintum Martia. Sextum uetus Anio. Demum uirgo, inde Appia, infima omniam Alisetina, que Transtiberinæ regioni aquam, ceterisq; locis inferioribus suggerebat. Frōtinus cū omnibus urbis aquis à Nerua Imperatore prefectus fuisset, noui Anienis alueos restituit, totamq; illius aquā in urbem perduxit.

De plerisq; locis celijs mōtis, qui hodie, ubi fuerint, ignorantur.

Cap. XVI.

N cælio alia fuere loes, quorum nulla certa ratio  
reddi potest. Ut domus Claudi centimani, qui, ut  
est autor M. Tullius, cum sibi ab Auguribus esset an-  
peratum, ut eam demoliretur, quod inaugurationis  
bus impedimento esset, calphurnio Lanario uendidit,  
ut ipsi imponeret, uerum ob fraudem omnem pecu-  
niam restituere coactus est. Tetricorum domus fuit,  
ij. Autem duo ex XXX. Tyrannis fuere, quos Ro-  
ma habuit Gallieni Imperatoris temporibus. Quam  
pollio narrat etiam sua tempestate pulcherrimā fuisse  
ſe. E regione Isii Metellini posita erat. Iunij prete-  
rea senatoris, que cum tota arſisset, cōsumptis omni-  
bus Tiberij effigies integra, atq; incolumnis reperta  
est. Claudi Imperatorij templum in Cælio Vespas-  
ianus cōdidit. Iunius Brutus, is a quo Tarquinij pul-  
ſi fuit, de carne templum in eodem colle edificauit de carne  
Hanc autem deam uitalium partium hominum curā templi.  
habere uolebāt. In Cælio area Martialis fuit, in qua  
Equiria celebrari mos erat, ludi n. equeſtres erant  
ibi comittis soliti cum Tyberis inundatione accederet.  
Ut in capo Martio celebrari non poffent. In hoc col-  
le pulcherrimum D. Erasmi Cenobiū proxima etate  
fuit. Hic Macellum maximum, lupanaria, Antrū  
Cecropis, armamentariū, ſpoliatoriumq; P. uictor cō-  
ſtituit. In via Labicana, que ab Exquilijs Cæliū diui-  
dit, quietis fuit aliquādo fanū. Atq; ea quidē pte, ubi  
eft D. Petri ac Marcellini templum, e regione ferē  
D. Ioannis laterani, Verū ad Exquilias, quas hodie  
ſquillæ vulgo nominant, properemus.

# DE ANTIQ VITA-

## TIBVS R O. LIBER QVARTVS.

De Exquilijs, particulatim uero de Carinis,  
eiusq; locis utpote de thermis, de Palatio  
Titi, de curia veteri, nonnullisq; alijs  
locis antiquis. Quæ antea fue-  
re hodieq; uisuntur. Cap. I.



Edificia urbis, quæ in uallibus cō-  
dita sunt, tum ruine id efficiunt  
ut colles nonnulli uix inter se di-  
scerni, certiq; fines assignari  
queant. A Cœlio igitur uia Labi-  
cana exquiliæ distinguantur, quæ  
cum initium capiat, ut iam est di-  
ctum, prope Coliseum, per hanc uallem progrediens  
per portam maiorem exitum habet. Ex alia parte pa-  
tricius Vicus, ac uia quæ ex hac ualle prope Diocle-  
tiani Thermas ad querquetulanam Clausam portam  
dirigitur, Exquiliæ à Viminali segregant. Ab Excu-  
bijs, quas ibi Romulus metu Tatij haberet, uel quod  
à Tullo Rege excultus, habitabilisq; factus esset, nā  
excubiarum, atq; exculti uocabula cū uerbo Ex-  
quiliarū nescio quid simile babere uidentur, nomina-  
tas tradunt. Quidam à quisquilijs, quæ esca immunda  
putatur, quæ ad alites decipiendas spargitur. Omnes  
reliquos colles laxitate, atq; altitudine superant atq;

In diuersa prospiciunt, quippe que in plures sint partes diuise. Itaque multam huius rei mentionem habet Varro, que, quoniam minus opportuna buic loco videatur, pretermisimus. Ut uero maiori, facilitiore distributione, que huius collis fuere, percipi possint, dicendum est medium à via Tiburtina secari, hec à Clivo suburrano incipiens cum arcum Galieni prætergressa est, priusquam ad Marij Trophea perueniat, quamuis nulla interpositione cōtinenter usq; ad Neuiam Portā procedat, unde exit, nihilominus hic quasi duo brachia expandat, quorum alterū uia prænestina est, que à sinistra ex porta D. Laurētij exit, alterum à destra cum Labicana ē regione fere D. Ioannis Laterani coniungitur. Hac distributione huius collis loca describere incipiemus, Vniuersā igitur ea pars, q; à prima medietate Tyburtinæ uie cingitur atq; à dextro brachio ad palatinū uergit, carinæ ab antiquis nominataest. Quem locū ab Exquilijs quodam modo diuidere uidetur, cum inquit Flaccum cōsulē per Carinas in Exquiliias iuissē. Ita autem uocatus est locus, quod Inuersæ Carinæ, similitudinem haberet. Virgilius ab excellētia, ac pulchritudine edificiorū, quibus erat ornatus, lautas appellat. Illustrorē autem Carinarum loca ea parte que suburram spestat, atq; Palatinum Titi olim fuere thermae. Quas autore Suetonio mira Celeritate perfecit, easq; super aureæ domus Neronis parte extruxit, maxima etiam num uestigia iuxta sanctum Petrum in Vincula, ubi proxime duo fragmenta sunt reperta ex mar

Viz.

DE ANTIQ. VREIS ROMAE  
more, in altero flamma erat incisa, et hoc uerbum,  
scilicet. IOVI. Inscriptum. Alterum hoc habebat.  
VESPASIANVS AVGV. PER COLE  
LEGIVM PONTIFICVM FECIT.  
*7. sal<sup>2</sup>*  
Adbas thermas Titus pulcherrimum palatum ha-  
buit, ibiq; fuisse uolūt, ubi hodie septem salae, ut à uul-  
gari appellatione nō decadam in re, quæ aliter cognoscere  
non posset, nouem tamen sunt, nec uero septem, in  
starq; Cisternarum sunt. Nihil autem erat is locus ni  
si castellum, siue Aquæ receptaculum, quæ postea ad  
barum thermarum usum ad uaria loca distribueba-  
tur, quamobrem thermas hic potius, quam palatum  
fuisse putarunt. Scribit Plinius in Titi Imperatoris  
domo Laocoontem fuisse opus omnibus, et picture,  
et statuarie artis preferendum ex uno lapide cum libe-  
ris, draconumque mirabilibus nexibus, de cōsilijs se-  
tentia ab Aegisandro, polydoro, et A senodoro Rha-  
dijs factum, quoniam igitur hoc opus nostra tēpesta-  
te est prope septem salas ut uocant, repertum, hoc lu-  
co non Thermas Titi, sed palatum fuisse uolūt. Hoc  
uisendum opus hodie in hortis Vaticani et simul ple-  
raq; pulcherrima excellentissimorum artificum mo-  
numenta scrūatur. In buius palatijs Atrio Plinius nar-  
rat duos pueros nudos talis ludentes exquisitissimum  
opus Polycleti fuisse. In thermarum ruinis templum  
D. Petri in Vincula ab Eudoxa Arcadij primi ædifi-  
catum uolunt: ubi cathenis, ac laqueis, quibus D. Pe-  
trus ab Herode uinctus custodiebatur, repositis, à po-  
tifice solennes, statu sc̄p; pompas, ac ceremonias in mes-

*Laocoone -*

## L I B E R Q U A R T V S .

moriam admirande liberationis obtinuit, cum antea  
Cal. Augusti in sancto Petro in carcere celebrari so-  
lerent. Hoc templum deinde mirifice Iulius. II. orna-  
nit. Supra Titi thermas iuxta D. Martinum in mon-  
tibus duæ statuæ Antinoi pueri formosissimi, uehemē-  
teriq; ab Adriano dilecti nostro euo repertæ sunt, bo-  
die in hortis Vaticanis seruantur. Locumq; ubi fuerūt  
inuentæ Adrianellum appellat. Quare nonnulli ad-  
ducti sunt, ut credant ibi Adriani thermas fuisse, sed  
de buius principis Thermis mox dicemus. D. Marti-  
ni in montibus templum quidam à Sergio primo pa-  
tifice, alijs à Simmaco in barum thermarum ruinis  
positum uolunt. Inferiori uero loco in subarre ini-  
tio fanum est D. Luciae ab Honorio primo constitu-  
tum, unde Leonem Pont. IIII. præcibus deo exhibitis  
Basiliscum fugasse ferunt urbi pestilentissimum. Pau-  
lo superius uersus. D. Viti Arcum à sinistra Praxea-  
dis templum est à Pasquale Pont. I. siue conditum, si-  
ue instauratum. Cellam habet, in quam foeminitis ingre-  
dinefas est In ea columna seruatur, ad quam uinctū  
Cæsumq; uerberibus christum narrant. In ea autem  
carinarum parte, quæ ad meridiō uergit curia olim  
uetus fuit. non quam Romulus extruxit, quæ etiam  
uetus dicebatur, quæ in foro fuit, ut superius est dictu-  
nam hic extra ipsius antiquā urbem fuisse. Alia. n.  
uetus appellata nouarum differentia fuit, inter hor-  
tos Sancte Mariæ noue, ac Petri in vincula extitisse  
uolunt, hac autem præcipue conjectura ducuntur, qđ  
in plerisq; scriptis, ac tabulis antiquis notariorurn

Crishi Column  
n-

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

bunc locum curie ueteris nomine dictum, atq; usurpatum obseruarunt. Ferunt in banc curiam singulis mē  
sibus ex capitolio per sacrum cliuum ad inaugurandum uenire solitos. In carinis Magni Pōpeij domus  
fuit, non procul à Cliuo suburrano, aut à uia Tibur-  
tinæ initio, quod idem est. Hic ludum aperuit Leneus  
Pompeij libertus. Grammaticemq; docuit, quamvis  
in Telluris hanc etiam facultatem exerceret. Cicero-  
nis præterea domus in ipsis fuit carinis, que maiorū  
suorū cum fuisset, liberam. Q. fratri reliquit, atq; in  
palatinum migravit in eam domum, quam sibi ipse  
parentib, Rom. comparauit. Balbinum insuper pulcherrimam, ingen-  
ozium, quam tēq; habuisse in carinis domū Lampridius testis est.  
uis ab Arpin.

*lata origine.* De cliuo suburrano, de cliuo urbico, de domo  
Seruij Tulli, de basilica sesimini, de  
ara Galieni, de Macello Liua-  
no.

Cap. II.

**C**Liuis, suburanus, unde ad Exquilias ascendit  
tur, in extrema suburra initium habet. Ex qua  
nomen accepit. Sicut carinae à dextra sunt, ita ea col-  
lis pars, quam habet à Sinistra, queq; Viminalē spem  
etans tota est supra templum sancti Laurētij in fon-  
tana, ut uocant, Clius Vrbicus ab antiquis est dicta.  
Hic domum habuit Seruius Tullus ad eamq; solitus  
ueniebat, cum in uico scelerato necatus est, eiusq; cor  
pus iacens filia carpento superiecta dicitur. Lucina  
Iunonis hic fuisse templum uoluit. In hac Exquiliariū

parte D. Marie maioris uisendum est tēplum, à quo  
dam Ioanne Patricio, ut ferunt fabricatum. Huic cū  
Amplissime fortune essent, nulosq; liberos suscep-  
set, suas facultates consumere in tēplo D. Marie con-  
struendo optabat. Quamobrem cum in somnis no-  
ctu esset ad monitus, ut qua parte urbis (nonis autem  
augusti id accidit) niue inspersum uidisset solum, in  
eatemplum edificaret. Idem Liberio Pontifici acci-  
dit ita hoc templum est conditum. Ad Turrim huius  
templi hodie etiam ipsius Ioannis patritij sepulcrū  
conficitur, à quo extrectum est templum pulcherri-  
mum quidem tam exterius est quam interius. Nico-  
laus. IIII. Pont. renouauit, uarijs postea est ab Ale-  
xandro. VI. ornamentiis instructum. Sub maiori alta-  
ri D. Mathiae corpus conditur, ante uero cellam p̄ae  
scpij, uoi fenum, super quo natus est cr̄stus in Betleē,  
seruatur, quo foemini accessus non datur, D. Hiero-  
nymi corpus diligenter asseruatur. Effigies est prete-  
rea Mariæ Virginis à sancto Luca depicta, aliud itē  
est ipsius uirginis simulacrum, à quo Leoni manum la-  
befactatam mirabiliter restitutam ferūt. Prope hoc  
templum sessimi ant iqui ciuis Romani basilicā fuis-  
se tradūt. In hac Exquiliarum parte lucum querque-  
tulanum. A quercuū copia bic appellatum. Item fa-  
gutalem, Iunonisq; lucinæ lucū, locant. Sed ut ad Ty-  
burtinam uiam redeamus, priusquam ad Brachia, ra-  
mosq; qui ex ea fiunt, perueniatur, Arcus Galieni Im-  
peratoris, simplex, sine ullo ornamēto inuenitur. Ne-  
gant triumphalem fuisse, quoniam obscurum est an

D. Mari. Maior.  
ad prius.

D. Mathiae corp.  
fenum. Ipi  
D. Hieronim.

effigies ab luca

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

apparet. Sed ob aliquod in signe beneficium sibi ipse  
erectum ab eo. M. Aurelio, de quo in sequenti inscri-  
ptione mentio est, putant. GALIENO CLE-  
MENTISSIMO PRINCIPI, CVIVS INVI-  
CTA VIRTUS SOLA PIETATE SUPEREA  
TA EST. M. AVRELIVS VICTOR DEDI-  
CATISSIMVS NVMINI MAESTATIQ.  
EIVS. Hodie sancti iusti Arcum uulgo ob eius tem-  
plum. Qyod Sextus Pontifex. III. instaurauit, uo-  
cane. In eo multa Martyrum corpora sunt. Sanctum  
Vitum in Macellum nominant ab eo Macello, quod  
fuit in Exquilijs. Sed duo Romæ Macella perhiben-  
tur, alterum in monte Cælio magnum appellatū, Li-  
uiianum alterum in Exquilijs. Quoniam uero inter  
hunc locum atq; D. Antonij fanum, quod non admo-  
dum binc abest, nostro tēpore multa uasa sunt repen-  
ta quibus uictimarum sanguis excipiebatur, ingēs esti-  
ofsum copia atq; cornuum, ideo Macellum antiqui-  
tus fuisse existimana. Macellum autē nihil fuisse cer-  
tum est, nisi Area, in quā omnia ad uictum necessaria  
uenalia comportabantur. A quodā Macello fure hoc  
nomen accopissē hunc locum Plutarchus testis est,  
qui cum damnatus esset, eius domum adiles sunt de-  
moliti, ibi q; Aream fecere, rebus ad uitæ usum facien-  
tibus importandis accommodatam. Varro autem sic  
dictum pubat hunc locum, quod omnibus herbarum  
atq; oleum generibus abundaret, Hortus .n. hic fue-  
rat, quem lacedemoniūs Macellum appellatum ferūt,  
qui cum in eadem area fuisset, inde nomen est sor-  
titia.

S. Viti arcus.

Macell. quid.

Gortys.

tita . D . Antonij templum atq; una hospicium à Petro Capoccio Romano cardinale Iuxta sancti Andreæ fanum à Simplicio Pontifice conditum fundatum traditur.

Detropheis Marij, de domo Aelionum, de Tabernula de palatio & thermis Gordiani, de basilica Caij, ac Lucij de palatio Licia=

no.

Cap . III.

**A** Dextra uiae prenestinae progradienti que per D. Laurentij portam exit, quam diximus ratiuum esse, qui à Sinistra tyburniae nascitur, ad D. Iuliani templum Marij trophea, quæ hodie cymbri uocant, sese offerunt. Cymbri uero à cymbris dicuntur populis barbaris, atq; immanibus, quibus deuictis, ac fusi ipsi trophea erexere. Corrupta iam sunt, ac lae befactata, in trunko tamen marmoreo, duo . n. sunt, thorax cum suis ornamentis est, preterea Adolescens barbari captiui manibus post terga uinctis effigies conspicitur. In altero chipei, aliaq; ad pugnandum ac commodata. Suetonius scribit à Sylla Marij trophea deturbata, ac disiecta ob inimicitias, poskeaq; à Cæsare dictatore reposita in suoq; loco pristino erecta. Solebant autem trophea huiusmodi ad monumentū uictoriae ponī celebri loco, saepe autem in ijs locis ubi parta uictoria fuisset. Hic Eliorū fuisse domū Val. Maximus asserit, ac Marij cella, in qua senatus consulto decretum est Ciceronem restituendum, qui iam

M

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

Clodiano furore electus fuerat. Omnis autem ea Exā quiliarum pars, quæ à tropheis incipiens sanctū Ioā nem Lateranum spectat. pro Mariana Merulana ho die uulgo nominatur, nempe à Marij tropheis, ueteris uero Tabernulae regionem dixere. Is locus hoc tē pore wineas tantum, atq; arundineta, quod totus in plano sit, habet. In supercilio, quod templo .D. Mathei in Merula imminet, Philiippi Imperatoris thermas uolunt fuisse, et adhuc quodam uestigia extare. In alia parte uersus Marij trophea ad Sanctum Eu= febium antiquarum ruinarum uestigia apparent, Gordiani Imperatoris thermas, palatumq; fuisse creditur, de quo Capitolinus scribens ait Gordianorum palatum, ad hūc usq; diē in uia prænestina cera= nitur, ducentasq; ex uno latere columnas habens, nobilissimas omnium terrarum Romanis exceptis: ther= mas continere. Non nihil supra Tarquinij aggeres, iuxta uiam, qua per portam, quæ hic clausa est, egre diebantur, uolunt quidam Gordiani Arcum fuisse pulcherrimis tropheis, uarijsq; ornamenti marmo= reis instructum, huius marmorā altius ē terra defos= sa cardinalis sancti Georgij iussu ad palatum, tem= plumq; D. Laurentij in damaso ornandum summota sunt. In Exquiliarum extrema parte, quæ cum moe= nibus terminat, inter maiorem, et D. Laurentij por= tam nobilissimam basilicam ab Augusto extructam accepimus, atq; una superbissimam porticū Caij, ac Lucij nepotum nomine, Quare hodie Galluccij ther= mas hunc ipsum locum depravate quasi Caij, ac Lu-

cij uulgo nominat. Thermas uero ita vocant, uel qđ  
omnia ingentia edificia thermas uulgas appellat, uel:  
quod reuera duæ essent therme, nō admodū ut erat  
mos magnifica. Hodie arcus est antiquissimus rotun-  
da forma fere totus integer. Eiusmodi autem, ut cīe  
à Pantheonē discesseris nullum fortasse magnificen-  
tius Romæ reperias. Nec procul hinc Liciānū fuit  
palatium ad ursum pileatum cognomento, ob urſi pi-  
leati effigiem, quæ ibi esset. Prope hoc palatium Sim-  
plicius Pontifex templum D. Bibiane, & tribusq;  
millibus martyrum extruxit.

Thermae s. in  
gentia edifica-

De Tarquinij aggeribus, de Turri, atq; Hortis  
Mæcenatis, de campo Exquilino, de puticu-  
lis, deg; Ceteris huius collis locis. Cap. IIII.

**T**Arquinij superbi Aggeres monente Plinio in  
ter admiranda Vrbis opera memorantur. Cū  
n. Viminalis, ac Quirinalis in Ser. Tulli ciuitate cō-  
plexi essent, quod ex hac parte facile Vrbem aggredi,  
& occupare poterant loci opportunitate aggere  
propugnaculog; altissimo constructo. Tarquinius pē-  
riculo occurrit, hoc autem ea parte, quæ humilior es-  
set, cum urbis mœnibus equabatur, extra mœnia ue-  
ro urbi consuluit facta ingenti, ac profunda fossa.  
Hoc autē opus ab antiqua porta collina ad antiquā  
exquilinam extendit. Que portæ in mœnium ampli-  
ficationem multum ab ijs aggeribus diductæ sunt.  
Aggeres uero intra ciuitatē recepti, à mœnibus pro-

M ij

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

cul separati sunt. Adhuc quedam sunt uestigia, quibus coniuncti potest, quemadmodum ab arcu, fere. D. Viti, ad extremas usq; Diocletiani thermas, que spe etatissime in uiminali conspicuntur, extendit. Ex inferiori horum aggerum parte, & prope thermas de quibus modo dicebamus, in excelsiori Exquiliariū loco Mæcenatis erat Turris, in qua quod ex ea totam ciuitatem late spectaret, latus Nero stetit, histriōnis habitu urbis incendium spectans, quod ipse accendi imperauerat, quodq; septem dies, totidemq; noctes contingerent sœuiens, omnia uetera pulcherrimaq; monumenta consumpsit. Inter Exquelinum uero collēm, urbis mœnia, atq; uiām, quæ ad querquetulanam portam ducebat, quæ nunc clausa est, Area est, quā uocant Exquelinam, ita appellata, quod ad exquiliis esset. Sic mortuos sepeliri mos fuit, puticulas aut uocabant. Siue quod in puteorum morem sepulturas faciebant, siue quod ibi cadavera putreficeret. Nostra tempestate plurima in hac Area uariag; marmorea sepulcra effossa sunt, quedam unum arcum tantum babentia, quedam duo, sed ita ut alter alteri incumberet, pavimentis ueteri more factis, in muris uero sepulchella condita cernebatur, in quorum unoquoq; due urnæ erant, ossa, cineres, carbonesq; seruantes. Quoniam autem in hac Area exuri corpora ceptum est, putore uero ciuitas, ac foetore repleta solicitabatur, Augustum ferunt, qui plurimum aeris salubritati studebat, senatu assentiēte, ac populo Romano hæc area Mæcenati dono dedit. In qua nobilissimos

Mæcenat. Turris  
ex qua Nero.

bortos instituit, quos Mæcenatis appellauere, iuxta  
quos domum Virgilius habuit. Fuit in hoc colle Ex-  
quilinum forum, templum incise fortunæ, quemad-  
modum in capitolio bona simulacrum. In exquilijs  
præterea fœlicitatis templum, quod conflagratu est  
Nerone domum illam auream extruente.

Dom, Virg.

De aqueductibus aquæ Martie, de Tepula, de  
Iulia, de Aniene ueteri. Cap. V.

**P**Rope portam Exquelinam à dextra aqua Mar-  
tia, à sinistra Iulia, ac Tepula urbem ingredie-  
bantur. Martie Ancus Martius, qui primus eius in-  
ducendæ autor fuit, nomen fecit. Quero martius  
prætor induxit cumq; magno post tempore fere de-  
fecisset, M. Agrippa iterum urbì reddidit. Aufeiam  
ueteres dixere. Eius uero fontem piconiam, hac nul-  
lu unquam neq; frigidior, neq; salubrior inuēta tra-  
ditur. Romæq; ceu diuino quodā munere autore Pli-  
nio data uisa est. Adeo pleno alueo in urbem influe-  
bat, ut se altitudini uiminalis adæquaret. In peligno-  
rum montibus nascentes, per Marsos labens, perq; fu-  
cinum lacum in urbem influebat. Scribit Frontinus  
hanc aquam XXXV. lapide ab urbe ad viam uale-  
riam deductam. LXI. millibus passuum fistulis actu-  
bis conductam, quod longis flexibus erraret sub ter-  
ram Millia passuum circiter XLIII. reliquum spæ-  
cij supra terram ita conficiebat, ut ad. IX. millia pas-  
suum aqueductibus excelsis, illisq; instar arcuū extra-

M iiij

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

Castellum. &  
arca.

otis duceretur. Cū uero in urbe in. LI. castella distri-  
bueretur, ijs septem regionibus deserviebat. Tertia  
uidelicet, quartæ, quintæ, sextæ, octauæ, nonæ, quar-  
tædecimæ, estu præmente aquam Augustam Martie  
addebant, eisdæ aut perfectione erat, et cū hac aquæ=  
ductu. DCCC. passuum iungebatur. Hoc uero Augus-  
tæ cornu in claudiam coriuatus est. Cumq; Martia  
pene defecisset, Nerua in urbem reuocauit, atq; etiæ  
in Auentinum perduxit, ex quoniam eius consilium  
fuit, ut aquæ discerneretur, uarijsq; usib; seruirent,  
Martiam uolunt siti tantum paratam esse. Per Ex=  
quilinam portâ hæc aqua ingrediebatur urbē, mox  
per Exquilinum discurrens campum primū ad Dioc-  
letianu thermas perueniebat, inde ad proximos col-  
les scilicet uiminalem, ac quirinalem, sese extendebat  
ferunt in Marsorum altissimis montibus puteos eße  
mira profunditatis. Voluntq; iiccirco excavatos, ut  
Aqua Martie spiramenta essent, quæ ex fucino lacte  
per bosce montes defossos Romanam influeret, nam ne  
si hæc spiramenta extitissent, fluere aqua nequaquam  
potuisset, aér. n. cursum intrinsecus interclusisset. In  
huius aqueductu, qui est ante D. Laurentij por-  
tam, hæc leguntur.

IMP.CAESAR.DIVI IVLI F. AVGVSTVS.  
PONTIFEX MAXIMVS.COS. XII. TRIBV=  
NIC.POTESTATE XIX.IMP.XIII. RIVOS  
AQVARVM OMNIVM RE FECIT.  
IMP. CAESAR. M. AVRELIVS . ANTONI=  
NVS PIVS. FELIX.AVG.PARTH. MAXIq

LIBER QVARTVS. A. M. 92  
MI.BRIT.MAXIMVS.PONTIFEX MAXI  
MVS.AQVAM MARTIAM VARIIS CA  
SIBVS IMPEDITAM PVRGATO FONTE  
EXCISIS ET PERFORATIS MONTIBVS  
RESTITVTA FORMA, AD QVISITO  
ETIAM FONTE NOVO ANTONIANO  
IN SACRAM VRBEM SVAM PERDV=  
CENDAM CVRAVIT.

IMP.TITVS CAESAR DIVI F.VESPASIA  
NVS AVG.PONTIF.MAX. TRIBVNICIAE  
POTESTAT. IX. IMP. XV. CENS. COS. VII  
DESIG.II.RIVOM AQVAE MARTIAE  
VETVSTATE DILAPSVM REFECIT, ET  
AQVAM QVAE IN VSV ESSE DESIE=

RAT, REDVXIT.

Iulia autem, quoniam ex alia parte ingreßam uolunt,  
ut ex aqueductuum alterum uestigijs apparet, ab au  
tore nomen accepit. Et quamvis à tepula discrepa=ret.  
Rome tamen reuera eadem fuit, modico. n. in=ter se interuallo deriuabantur. Agrippa postea ita  
tepulā Iuliæ miscuit, ut nomen fere abstulerit. Serui  
lij.Cepiois, casij lōgini cēforū industria Romā postea  
in capitolium, ab agro luculleo Frontinus tradit indu  
stam, atq; à dextra uiae latine XI. lapide ab urbe de  
riuatam. Tepula nullum habuit fōtem, tantum qua=dam uenas in Iuliā postea deductas. Multas negotijs  
apta erat tepula extra urbē, in urbē uero recepta in  
castella xiiij. publicis, priuatisq; usib; diuidebatur.  
Quatuor uero urbis regionibus distribuebatur. III;

M iij

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
LV. VI. atq. VIII. Iulia Frontino dicete à multis fons  
tibus in piscinam colligebatur sexto ab urbe lapide.  
Eius aqueductus XV. millibus passuum tum supra  
tum sub terram, arcubus fultus, supra urbē. VI. mile  
libus item passuum ac quinquaginta progre diebatur,  
intus uero, utq; extra aquae aquam priuatis, commu-  
nibusq; usib; suggerebat. Rome uero in XVII. ca-  
stella diuidebatur, secundæ, tertiae, quinta, sextæ, octa  
ue, decimæ, duodecimæq; regionis commodis. Per  
Exquelinam portam ingreditur Iuliæ aquæductus,  
inde per Marij trophea. Ex ijs quidem aquæductibus,  
qui supra Exquelinam, Neia amq; portam sunt, quos  
dam duplices fuisse compertum est, ita constructos,  
ut Frontinus tradit, ne simul aquæ confunderentur,  
atq; ut ingentes impense in illis de nouo faciendis ad  
singulas aquas perducendas euitarent. Quoniam ue-  
ro Frontinus asserit ueterem Anienem Romam in-  
gredi prope Exquelinam excelsum quidem, nonnul-  
la hoc loco afferemus. Idem autor scribit Curio den-  
tato, ac Lucio papyrio censoribus ex pecunijs Manu-  
biarum pyrrhi curatum esse, ut aqua, quam Anienē  
ueterem appellabant, in urbem duceretur id autem  
CCCCLXXXIX. anno ab urbe condita, XL. uero  
postquam Appia inducta erat, factum est. Huiusmo-  
di, aqua millibus passuum XX. supra Tibur deriu-  
batur. Quoniam uero minus esset usibus hominum  
accodata, illa in hortis irrigādis uterbat. XLIII  
millibus passuum ducebatur, ita tamen ut uix integrū  
miliarium supra terram fluens conficeret, reliquum

179

iter subterraneum erat. Multis extra urbem ex pri  
uatis, communibusq; usibus deseruiebat. Rome uero  
quod reliquum erat XXXV. castellis distribuen  
batur, cumq; usq; ad uiae nouae regionem apud Asti  
nianos hortos sese extendens. nouem regionibus, scilicet  
prime, tertie, quartae, quintae, sextae, septima  
octauae, duodecimae, ac quartadecimae deseruiebat.

De colle uiminali, de balneis Agrippinae, de ther=

mis Nouatiij, de Olympiade. De Diocletiano.

de domo Caij Aquiliij, ac de campo Vi=

minali.

Cap. VI.

**A**D Viminalem properandum est, ubi de Exquilijs  
est expositu. Is autore Varrone à Ioue uimineo  
nomen cepit, quod in eo aras habuisset, iuxta quas ui  
mina surrexisse proditum est. Ab uno latere, ut iane  
est ante dictum, à Vico patritio, uiaq; qua diximus  
collem hunc ab exquilino separari, terminatur. Ab  
alio à quirinali distinguitur ualle, quæ inter hos duos  
colles interiecta est, atq; à via, quæ ab hac ualle disce  
dens recta per portam uiminalē egreditur, quam ho  
die sanctam Agnetem nominant. Angustus, sed oblon  
gus est collis, ea autem parte quæ spectat quirinalem  
Agrippinae Neronis matris balnea fuere. Ibi due  
imagines inuentæ dicuntur Bacchi cum huiusmodi in  
scriptione. IN LAVACRO AGRIPPINAE.  
In altera parte quæ spectat Exquilias, ubi sanctæ pru  
détiana sanū est, Nouatiij olim fuere therme. Huic

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

usq; n. pavimenta uestustissima fumosaq; tam canes liculi conspicuntur in ipsis Prudentianæ templo, quod præxedis sororis præcibus commotus Pius primus pontifex in harum thermarum uestigijs condidit. Inter hoc, ac D. Laurentij templum cognomento in palisperna Olympiadis thermas fuisse uolunt. Iuxta uero Diu Laurentij templum ea parte, quæ ad su burram uersa est Decij Imp. fuisse palatum tradidere. Diocletiani Thermarum ea etiam num ad D. Suanne fanum uestigia uidemus, ut superuacaneum videatur, si quis ex ea re admiratioe ducatur. Pro thermis hodie terminas uocat. Has Diocletianus, Maximianusq; inchoauere, Constantius uero, atq; Maximianus perfecere, ac demum dicauere. Tametsi maiori ex parte ruinis oppressæ iaceant. Ex arcubus statim, atq; ex columnis ingentibus operis magnitudo comprehendendi facile potest. Quemadmodum uero in Thermis Titi quedam subterranea loca, ueluti cisterne, quas thermarum dolia appellant, uisuntur. Atq;

Castellum quid. ut etiam est dictum castellum erat quo ad uarios lauandi usus in publicis balneis aquam distribuebant, quamvis priuatae thermæ ijs etiam aquis uterentur. Ex uaria autem forma huius castelli atq; eius, quod in Titi thermis est, coniici, uideriq; potest, quod uel ex locorum natura, uel ex descriptione uarias uel figuræ, uel capacitatem huiusmodi castella haberent. Multa hic statuarum antiquarum fragmenta sunt reperta, quorum aliqua in capitolium, aliqua Florentiam sunt transportata, existimant eas ad loci ornata.

mentū à principibus locatas. Marmor præterea per-  
uetustum cum hac inscriptione, que loci dedicatio-  
nem significat, innatum est. CONSTANTINVS,  
ET MAXIMIANVS INVICTI AVGVSTI  
SEVERVS MAXIMIANVS CAESARES  
THERMAS ORNARVNT, ET ROMANIS  
SVIS DEDICARVNT. In alio marmore hic re-  
perto hæc erant. THERMAS DIOCLETIA-  
NV S A VETERIBVS PRINCIP1BV S IN-  
STITVTAS OMN. In ijs thermais ulpia biblio-  
tbecam fuisse legimus. In qua Elephantini libri ser-  
uabantur, in quibus acta principū Romanorum, de-  
cretaq; senatus describebantur. In uincis, que mediae  
sunt inter thermas, atq; uallem quirinalem Diocletia-  
ni palatium fuisse creditur, quo loco ingentium colli-  
narum bases sunt defosse, que adhuc quo prius loco  
positæ erant, sedebant, cella præterea reperta est ma-  
rinis conchilibus mirifice ornata. Ex alia harū ther-  
marum parte, quæ ad septentriones uersa est, alia cel-  
la, cuius superior pars ad conchilis marini similitudē-  
nem facta est, eratq; ex duobus tantum lapidibus can-  
didissimi quidem marmoris. Principio tenuæ thermis  
initium fuit, quippe quæ balnea tantum ad corporis  
salubritatem habuere, quod ex ipso nomine cognoscitur,  
cum nihil thermarum uox denotet quam bal-  
neum, sudatoriumue. Mox tam magnis impensis fieri  
cepit, Principum luxuria, ut sub thermarū no-  
mine immania edificia, ex, ut Marcellinus ait instar  
provinciarum habentia, fierent, porticibus spaciofis-

*Thermæ, 2<sup>nd</sup>.*

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

Pers.

O quantum  
in reb. inane?  
vtus lavandi

simis factis, totq; columnis, atq; operibus adiunctis,  
ut spectantibus stuporem inducerent. Accedit, quod  
in illis etiam Nemora lucosq; adhibebant, natatoria,  
atq; huiusmodi inania. Mos Priscis Romanis fuit nō  
modo cum consulum tempore res publice florebant,  
sed et imperatorum temporibus, ut saepe, quin etiā  
quotidie lauaret. Quare preter priuata balnea, que  
profundatibus domi habebant, publica etiā ut plen-  
bi inseruirent, instituta sunt. Pensilium balnearū prī-  
mus omnium sergius orata autor fuit. Eo autem tur-  
pitudinis res deducta est, ut cum ceteris sese ipsi etiā  
Imperatores lauarent. Itaq; cum Adrianus aliquan-  
do militem quendam iam senem, sibiq; notum in bel-  
lo lauantē, seq; costas atq; humeros quodā marmore  
fricatē cōspicatus esset cumq; cur ita ageret militē re-  
gasset, isq; quod seruum non haberet, respondisset,  
cuius seruitio in ea re uteatur, & seruos, atq; alia  
quibus commodissime uitam tueri posset militi dona-  
uit. quo exemplo commoti postero die pleriq; alijs ser-  
ues muris se fricabant expectantes idem Adrianum  
in eos facturum, uerum cum eos accersisset, atq; mo-  
nuisset quo pacto inter sese mutuo lauare ac fricare  
possent, indonatos dimisit. Hunc morem una lauana-  
di. M. Antonius Philosophus modestia singulari p̄re-  
ditus sustulit. Septies in die commodus imp. lauit. To-  
tiesq; Gordianus solitus est per astatem. Hyeme bis.  
Nonnunquam etiam ter, saepe cū pulcherrimis puel-  
lis lauit, per iocum etiam uetulas deformes secum in  
balneis adhibuit. In uiminalis uertice C. Aquiliū equi-

Et R. ac Clari iure consulti domum etiam ponunt.  
 Hanc Plinius longe pulchriorem scribit, quam Lucij craſsi, aut Q. Catuli, quae in Palatino fuere. Post Tarquinij aggeres usq; ad moenia, campus, est uimina his (quae omnia arbustis, uineisq; referta sunt) Ibi putatus olim fuit aquæ uiuæ, quem Viuarij puteum dixer. Hodieq; hunc locum uiuarium appellat, quod multa ibi animalia clausa ueteres haberet, id ex eo etiam perspici potest, quod nonnullæ caueæ prope moenia uidemus manu factæ ferarū antris ac lustris pſimiles.

De suburra, de Vico patritio, de ualle quirinali, deq;  
 alijs qui in ea eſſent, locis. Cap. VII.

**S**Vburram, ut putant, ideo dixeru ueteres, quod muro carinarum staret, uel quasi sub urbe, sub urbe. n. antiqua Romuli fuit. Ad carinarum radices suburra extendebatur, ea parte, qua quirinalem ualem spectans, ex aliquorum sententia à foro Romano, uel Nerue foro incipiebat ad cliuum suburanum perueniebat, quod ut antea demonstratum eſt, idem erat cum uiae Tyburtinæ principio. Non defunt quæ supra coliseum initio labianæ uiae inchoasse suburram affirment, et secundum Exquiliarum radices usq; ad D. Luciæ in orphea templum, uel ad suburre principium, ubi Tyburtina incipiebat, extenderetur. Hic nicus celeberrimus fuit. Ibiq; Cæſar principio domum suam habuit, priusquam in uia sacra habitaret. Hic metricum diuersoria fuisse Martialis eſt testis. In bu-

## DE ANTIQ. VRBIS ROMÆ.

ius viae medio turris fuit secura cognomento pro ~~sum~~  
burra. Hec à uiarum præfectis ad dilatandam viam  
summota est. Ea uero uallis quæ ulterius est, queq; à.  
Viminali exquiliis diuidit usq; ad thermas Diocletia-  
ni Vicus patritius dicta est, a patritijs, qui eo in loco  
Tulli Regis iussu habitarunt. Ea causa, ut siquid in eis  
moliti fortasse fuissent, è superiori loco opprimi fa-  
cile potuissent. Ex alia radicum uiminalis parte, que  
occasum spectans Syluani templū fuisse putatur, uel  
ob uetustissima quædam marmora iōi reperta, quam  
rem etiam significant, uel ob cuiusdam Fauonij Iucū  
di testamentum, quo id templum ad huius collis radie-  
ces nominatur. In bac ipsa ualle, quā suburram uocat-  
tabant, iuxta D. Marie in campo D. Probæ fuit pu-  
teus. Ut ex inscriptione, quæ iuxta Hospicium Epi-  
rotarum est cognoscitur. Sub D. Agatbæ fanum, huic  
loco proximum decem tabernas ita nuncupatum lo-  
cum quendam fuisse uolunt, ex X. tabernarum nume-  
ro quæ ibi, ut ex marmore cognoscitur, fuere. For-  
tune uero publicæ templū in quirinali fuit ualle, que  
Inter quirinale atq; Viminalē erat, ut scripsit Ovi-  
dius. In bac ipsa ualle diei crepusculo Romulum Iu-  
lio proculo Alba reuertenti occurrisse ferunt, cui-  
cum dixisset Romanam rerum dominam futuram, au-  
gustiori quadam forma se in cælum sustulit. Quamo-  
brem in quirinali supra sanctum Vitalem, qui est ad  
huius collis radices, sibi positiū est tēplū. Manilia tura-  
ris à manilio conditore in suburræ regione fuit.

Pauli trans-  
fug.

De quirinali, & de ijs que in eo erant, utpote de  
balneis Pauli Aemilij, de Constantini thermae  
de solis templo, de domo, ac uico corneliorum,  
de tēplis saturni, ac Bacchi. Cap. VIII.

**Q**uirini templū quirinali nomen dedit, uel quiri-  
tes, qui T. Tatius sabinorū bello secuti fuerant.  
Is est, quem caballum montem hodie uocat, à duobus  
equis Praxitelis, atq; Phidiae. Suburra plana, quirina  
lis uallis, uia, qua inde ad S. Agnetem itur bunc collē  
à Viminali diuidunt. Ab hortulorum uero colle lon-  
ga illa uallis separat, que usq; ad salarium portā ex-  
tendit. Aliqui autem quirinalem ab hortulorum  
colle diuidi uia illa putant, que ad urbis plano per pin-  
cianā portam egreditur. Ad huius collis angulū, que  
foros spectat, Pauli Aemilij balnea fuere, quare bo-  
die barbare ac corrupte uulgas locum bagnanopolis,  
quasi balnea pauli uocant, uirgines hodie sacre babi-  
tant. In quadam harum ruinarum parte comitum fa-  
miliae palantium est, & uersus quandam collis angulū  
ipso forum comitum turris extat, quam Innocētius ter-  
tius in eius familiæ memoriam erexit, quod quatuor  
pontifices statim sibi fere succedētes habuissent. Aliā  
turrim maxime excelsam, que ea parte conspicitur,  
qua forum est Traiani, Bonifacius. VIII. condidit;  
militie turrim appellant, quod iuxta illum esset locū  
erecta, ubi militum Traiani domicilia fuisse putan-  
tur. Hodie etiam aedificiorum huius loci magnā pare-  
tem uidemus, porticum subterraneum instar hemici-

*caball, mon.*

*comitum familie.*

*militie turri.*

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

clib habetem. In eius quodam latere uetus, ac profun-  
dum D. Alberici templum est. Multa hoc tempore mar-  
mora rotunda cum multis fragmentis marmoreis ua-  
rie incisis eruta sunt. in horum uno hæc habentur.

POTENTISSIMA DOS IN PRINCIPE LI-  
BERALITAS, ET CLEMENTIA. Ingens ca-  
put, quod Traiani fuisse uolunt, præterea inuictum  
est. In alia quirinalis parte qua planitem subarre  
respicit, cella magnificis, pulcherrimisq; operibus pi-  
etate reperta est, piscium præcipue picturis cōchiliisq;

marinarū referta, unde Neptuni fuisse templum cre-  
ditum est. Inter hunc ipsum locum, ac Cōstantini ther-  
mas D. Agathæ fanum est. Quam, cum antea Gotbo-  
rum esset, huic D. Gregorius pontifex dicauit. Idēq;  
Gregorius quodam dialogo refert, cum hoc fanum  
heresi Arrianorum fædatū esset, uelletq; in eo chri-  
stianorum more sacra facere, ut illud christo recon-  
ciliaret. Demonium suis forma, quem uniuersus ui-  
dit populus, repenteq; evanuit ex altari prorupisse.  
Constantini thermæ lapidis iactu hinc absuere qua-  
rum maxima uestigia adbuc extant. In hiis ruinis  
hæc in marmore inscriptio reperta est.

PETRONIUS PERPENNA MAGNVS  
QVADRANTIANVS V.C.MI.PREAF.VR-  
BIS THERMAS CONSTANTIANAS LON-  
GA INVRIA, ET ABOLENDÆ CIVI-  
LIS VEL POTIVS FATALIS CLAVDIS  
VASTATIONE VEHEMENTER AFFLI-  
CTAS ITA UT AGNITIONE SVI EX-

omni

Neptuni temp.

Demonium suis  
forma.

OMNI PARTE PERDITA DESPERATIO  
NEM CVNCTIS REPARATIONIS AD  
FERRENT DEPVTATO AB AMPLISSI= MO  
ORDINE PARVO SVMPTV QVAN  
TVM PVBLICAE PATIEBANTVR AN= GYSTIAE AB EXTREMO VINDICAVIT  
ET PROVISIONE LONGISSIMA IN PRI STINAM FACIEM SPLENDOREM= Q VE RESTITVIT. In vertice huius collis non procul hinc dimidia turris conspicitur, quam iccirco multitudo Mesam appellat. Multi in ea decepti sunt Mæcenatis fuisse turrim putantes, cum in Ex quilijs, ut est superius dictum, fuisset. Nonnulli putat huiusmodi turrim ex ornamentis templi solis fuisse, quod Magnificū, uastūq; Aurelius Imp. in hoc colle ædificari. Prope hæc thermas duo equi ingentes bodie uidetur ex marmore facti, ex inscriptioe Pra xitelis alterum fuisse, alterum Phidiae cognoscitur. Romam à Tiridate Rege Erminia inuestos ferunt. Hic tres statuæ pedestres Constantini militari habitu fucere, quæ hoc tempore in capitolio iuxta tem= plum cognomento Ara cœli uisuntur. In alia uero parte, quæ uiam latam spectat, nempe in Vico, quem bodie Corneliorum uocant, in quoctiam sancti Salua toris est fanum, Corneliorum fuit domus. Apollodorus est autor in Corneliorum uico duas ingentes fuisse statuas senum seminudorum, qui toto pectore sta= re uidebantur, reliqua corporis parte iacente, alte= ra manu copie cornu gestabant, saturnu autem, atq;

dum agui.

**D E A N T I Q . V R B I S R O M A E**  
Bicebì dicit fuisse, quorum templa in ijs ruinitis fuisse  
sent. Horum autem templorum sua etate nondum  
frontispicia corruisse tradit. Hæc uero eas fuisse non  
nulli putant, que nunc in capitolio uidemus.

**D e semita alta, De domo Attici, de templo quirini, de domo Flauiorum, de Apollinis ex clatre monte, de capitolio ueteri, de circo ac tēplo Floræ, de Cliuo Publicio, de alio quirini tēplo, de uico mamurrae. Ca. IX.**

**A**lta semita via fuit urbis, quæ a D. Salvatore Corneliorum templum, sive à thermis Constantini incipiebat, & per quirinalis dorsum usq; ad D. Agnetis portam, eius quidem uia pluribus in locis vestigia sunt, extendebatur. Ab huius uia dextra in collis fere margine, qui fano D. Victoris imminet. Ponij Attici Ciceronis familiarissimi domus pulcherrima fuit, amoenissima illa quidem non tam ædificio quæ sylua. Ad hæc domū quirini fuisse templū putat, quod pulcherrimū haberet porticū. Olim in Ginius Cardinalis uincis huius templi fundamenta sunt defossa, cumq; alijs innumerabilibus ornamentis in capitolium translata sunt, ad scalam aliq; ædificia tēpli Aræ coeli struenda. Hoc templum semper clausum solitum ferunt, quasi hominibus nefas esset, an eo loco esset sepultus, an in cælum euolasset intelligere. Hic. n. (ut cum de ualle quirinali dicebamus, est ex apparuit Romæ possum) Romulū Iulio proculo se se obtulisse post

Pompey. attic. dom.

Quirin. templi.  
claus.

obitum constat, iccircoq; ibi templum positum est. Vl-  
terius sed supra Altam semitam, Flauij domus fuit lo-  
co, quem malum punicum ueteres uocabant, ibi Do-  
mitianum natum Suetonius scribit, quamobrem eam  
domum postea in templum gentis flaviae cōuerdit. Eo  
dem loco cum huiusmodi inscriptione repertum est.

INTER DVOS PARIETES AMBITVS PRI-  
VAT. FLAVI SABINI. In ea autem collis par-  
te quæ uiminali opposita est, antiqui aqueducti sunt:  
uestigia, ex quo maxima perspicue, sed tenues  
aque fluunt. Hic olim marmoream tabulam cū tri-  
bus simulacris inuentam scimus, quod à dextra erat  
hunc habuit titulum. GENIO CELIMONTIS.  
Quod uero à sinistra stabat, HERCVLI IOVIO:  
Tertium, quod erat medium IOVI CELIMON-  
TEIS. A sinistra deinde Semitæ altæ ea quirinalis  
pars, quæ portam populi spectat, tota Appollinis ac  
clatræ mons à ueteribus est dictus, ob ea templo, quæ  
eo in loco ij dij habuere, paulo ulterius ab altæ semi-  
tæ sinistra, alia quirinalis pars aliquantum tollitur,  
ibiq; uetus fuit capitolium cum Iouis, Mineruæ, ae  
Iunonis cella, hæc n. priusquam in capitolio in Iouis  
uidelicet. Opt. Max. tēplo habuissent, ijs dijs cellæ sūt  
dicatae. Inter hos duos colles Appollinis scilicet mon-  
tem, ac capitolium uetus exigua uallis est muris cina-  
cta, Flora circum ueteres dixere, Vbi Flora lalia cele-  
brari solebant a meretricibus nudis cum summa uer-  
borum, gestorumq; lasciuia, ex quibus spectans po-  
pulus incredibilem uoluptatem capiebat. In ijs ludis

N ij

floræ circu.

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

Aediles ferunt Ciceres, fabasq; aliq; buiusmodi  
spargere solitos. Excellenti autem forma fuisse legio-  
nibus. Hæc cum ingentes opes questu mereetricio com-  
parasset, populum Romanum scripsit heredem. Cer-  
tamq; pecuniam reliquit, cuius ex anno fœnore suus  
natalis dies celebraretur editione ludorum, quos  
floralia appellarunt. Quod quia senatui turpia vide-  
retur, tractu temporis ab ipso nomine argumentū su-  
mi placuit, ut pudendæ rei quedam dignitas adderet-  
tur, deam finxerunt esse, que floribus presit, camq;  
oportere placari, ut fruges cum arboribus aut uitia-  
bus bene prospereq; floresceret. Templum autem in  
bmis collis margine, que eius circo immineret, ha-  
buit. Publicius ciuius hic, unde à circo flora uersus ca-  
pitolum uetus ascendebat, fuit. Superius ubi nunc  
fanum est D. Susanna, cognomento inter duas lau-  
ros, à Leone i i i. olim cōditum, quirini illius, ex quo  
totus collis nomen accepit, atq; una porta que prope  
erat, hodie salaria dicta. Victruiio tradente templū  
exitit. Inter hoc quirini ac flore templum taberna,  
eodem autore fuere, in quibus minium cōponeretur.  
Hic sed iuxta D. Susanne fanū Mamurri uicus fuit,  
ubi ei statua erecta est, Victore afferente plumbea.  
Is autem faber nobilissimus est: habitus, iussuq; Nua-  
me Pompiliū dypaos fecit, quos Ancilia uocarunt,  
que salū cum id solenne celebrarent per Vra-  
hem gestabant.

Mamurrius  
ancili; inuen-  
tor.

LIBER QVARTVS. 99

De foro, domo, hortisq; Salustij, de campo sce-  
lerato, de pila Tyburtina, de domo Mar-  
tialis, deque alijs locis quiri-  
nalis. Cap. X.

**S**alustij forum prope. D. Susannæ fuit templum  
nec adeo procul hinc domum habuit, Cuius pale-  
a admodum sunt uestigia nomen tantum mansit, Sa-  
lustij .n. locum uulgas appellat. Vbi marmor olim  
defossum est, quod est penes M. Angelum Colotium  
cum bac inscriptione.

M. AVRELIVS PACORVS, ET M. COCEIVS STRATOCLES AE DITVI VENE-  
RIS HORTORVM SALLVSTIANORVM  
BASEN CVM PAVIMENTO MARMORA-  
TO DIANAE. D. D. Africa præturam gesit  
Salustius C. Cæsare adiuuante, ubi amplissimas facul-  
tates comparauit, Romamq; reuersus pulcherrimā  
uillam ad tybur emit, celebresq; hortos iuxta domū  
suam constituit. horum quidem apud autores non ra-  
ram mentionem reperies. In ualle autem, que ad pra-  
dicta loca prope portam salaria nonnulla horū hor-  
torum uestigia apparent. Hic .n. fuisse constat, adeo  
ut etiam propter moenia à salaria fere porta ad pin-  
cianam usq; extenderentur. In horū medio collis fuit,  
qui cum muris coniungitur ibi obeliscus lune dicatus  
humi iacens spectatur, in quo egyptiacæ quedam no-  
te, quas bieroglipticas uocant, signatae uidentur. So-  
liti autem fuere Egyptij literis, que figuris uolucrū,

N 88

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

ferarum, ex diarium rerum prenotabantur, sepius  
re. Quarum quidem singulae uerbum uocemque deno-  
tabant, saepe etiam sententiam significabant. Quem  
admodum exempli causa iuulturis figura naturam si-  
gnabant, nam in ijs autibus nullū marem reperimus.  
Ape uero Regem intelligi uolebant, quod cum huma-  
nitate ac benignitate iustitiae quoq; seueritatem con-  
iunctam Regem habere oportet. Mel. n. non tantum  
præstat hoc insectum, sed aculeum sibi ad pungendū  
additum uidemus. Hoc pacto alias etiam figuræ ani-  
malium fingeabant. Scribit Plinius sua ætate Diuo Clau-  
dio Principe procerissimum hominem Gabbaram no-  
mine ex Arabia aduentum ix. pedum, et totidē uncia  
rum uidisse, idem addit sub Diuo Augusto fuisse se-  
mipede addito, quorum corpora eius miraculi gratia  
in conditorio salustianorum afferuabatur hortoru,  
Pufioni, et Secundillæ erant nomina. Igitur quoniam  
nostra ætate inter hunc obeliscum, de quo modo dice-  
batur, eamq; uiuam, quæ ad Pincianam ducit, ubi uul-  
go Girlus dicitur, multa uasa, multaq; mortuorū os-  
sa sunt reperta, in quibus caput fuit magnitudinis ad  
mirandæ, existimatum est alterutrius eorum, qui ibi  
sepulti essent, fuisse. Totum id spacijs quod est inter do-  
num, atq; hortos salustij, portamq; Salariam Campū  
sceleratum ueteres dixerunt. Quoniam Liuio narrante  
in eo uiuas uestales stupri damnatas defoderent. Vbe-  
rius rem Plutarchus narrat, moremque uestalium dea-  
fodiendarum diffusius persequitur. Ait. n. quæ uir-  
ginitatem prodidisset, uiuam ad portam Collinam de-

Vultur sine  
mæze.

Apis Reg.

Camp. scelerat.

ie Vestalibus

Fodi solitam: eo loco superclium fuisse intra urbem terrestre, porro se intendens, quod latini tumulū uocant, hic structam esse subterraneam domū baud magnam, in quam ē loco superiore descēdebatur. Iacuis se in ea stratum lectulum, & lucernam ardētem, primiciasq; rerum earum, quae necessariæ sunt ad uictū breues quidem illas. Panem præterea, aquam in vase, lac, & oleum, quasi caueret ipsa domus, ne fame eius corpus interiret, quæ maximis expiationibus dedicata sit. Ipsam uero penæ obnoxiam feretro impositā, & exterius obtectam, lorisq; alligatam, quo neq; uox quiret etiam audiri, per forum traduci solitam; silentio omnes accedere consueuisse, eamq; sine uoce gravicūm mœrore quodam transmitti. Neq; aliud spectaculum dicit horribilius fuisse. Neq; aliū diem mestorem ciuitatem egisse, cum uero ad locum feretriū delatum fuisse, solutis vinculis à ministris, sacerdotum principem præcatum arcana quædam, sublatisq; ad deos manibus ante supplicium educit eam capite opertam, constituitq; in scals in domicilium deferētibus, deinde ipsum cum alijs sacerdotibus auertere. Cum autem illa descendisset, & scalas tolli solitas, & multa desuper iniecta humo domicilium operitur, adeo ut is locus reliquo tumulo æqualis fiat. Sic quidem quæ sacram uirginitatem prodidissent, puniebātur. Nec uero minus castigari iij soliti sunt, qui uestilibus Virginitatem ademissaent. In quirinali alia furent templū, locus uero eorum certus ignoratur; ut post salutis sanum, quod Fabius pictor pinxit se dicitur,

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

quodq; sub Claudio conflagravit. Scribit Laius Ilio-  
num Bibaculū dictatorem, qui de Aequicolis trium-  
phum egit, hoc templum uovis, censorem uero iedi-  
ficasse, iterum uero dictatorem dedicasse. Apis pre-  
terea dei templum quirinalis habuit. Fortuna pri-  
mogenia, quod Cn. domitius prætor condidit. Hono-  
ris, dei Fidiū, Herculis quirini templo oppositū. Mu-  
lierum senaculum, ab Heliogabalo constitutum. Ut  
eum in locum conuenientes, de ijs que ad eas pertine-  
rent disceptarent, decernerentq; In ea autem ualle ubi  
D. Nicolai Archemoriorum est fanum, uetus forum  
Archemorium fuisse, cum adhuc nomen seruet, cre-  
ditur. Pila Tyburtina ita appellata magnā huius ual-  
lis partem exitum uersus occupabat. Florae uero cir-  
cus, de quo paulo ante, prope erat. Ad hanc pilā Mar-  
tialis domum habuisse ipse sibi testis est.

Martial. domi.

De colle hortulorum, et de ijs que aut antea, aut  
hoc tempore in eo sunt. Cap. XI.

**R**Eliguum est ut de colle hortulorum dicamus,  
deq; eius parte, quæ est supra ædem D. Marie  
populi. Ex distinctione autem quam de quirinali se-  
cere, quantus fuisset una cum suis finibus perspicitur  
A quirinali. n. diuisus erat ualle, ubi Salustiani erant  
horti, lōgiusq; à pila Tyburtina ad salariam portam  
extendebatur. Ut uero aliorum est opinio, uia, quæ à  
ciuitate plana ad pincianam portam dicit, à quirina  
li ipsū diuidebat. Ex alia parte habet moenia, uale-

Lemq; Martia, ita à Salustij hortis est dictus, quoniam  
 in eius parte fuerant. Siue ab hortis nobilissimis qui  
 inferius fuisset, quemadmodum adhuc esse uidemus  
 inter Flaminium uia, montemq; hodie paſſim Hor-  
 taliam nominant. Pincianum insuper huc ipsum col-  
 lem uocatum constat, à pincij senatoris palatio, In Pincius senat.  
 hoc colle solis templum fuit, id uero ibi uolunt fuif-  
 se, ubi in collis uertice prope moenia ingens ædificiū  
 hemicycli forma; quod quidem parum à ruina abesse  
 uidetur; conspicitur. Nec procul hinc trinitatis est  
 ædes, fratribus ut uocat D. Francisci celebrata eius  
 uero templi Aloistum XI. Gallie Regem autorem  
 ferunt, cum Fratris Francisci paulo, quem Leo XI.  
 postea canonizauit. Iuxta D. Felicis in pinci fanum  
 siue non procul à D. Mariæ populi, in hoc ipso colle  
 Domitiorum fuit sepulcrū, in quo Suetonius Neronē  
 ab Aegloga, atq; ab Alexādria nutricibus conditum  
 scribit. In buius ipsius collis angulo supra sanctā Ma-  
 riam populi murus quidam perueritus ex quadra-  
 tis lapidibus est, totus quidem ab imo ad summum fis-  
 sus, adeoq; curuatus et ruine proximus, ut nemo sit,  
 quin mille ab hinc annis corruisse nō debuisse putet,  
 nūquā est ab ullo instauratus, putant n. huc D. Petro  
 turæ fuisse, cum, tametsi toties à barbaris nationibus  
 Roma uexata fuerit, nullum unquam in eam regio-  
 nem impetum factum meminerint. Murum inclina-  
 tum hodie appellant. Ex hoc colle candidatos magi- candidati  
 stratus petentes descendisse uolunt, cum postea in se-  
 ptis suffragia ferrentur.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
De campo Martio, de ualle Martia, de Naumachia Domitiani, de Mausoleo Augusti, de duobus obeliscis campi Martij. Cap. XII.

**T**empus uidetur, cum de collibus qui cis tyberim sunt, expositū sit, ut ea, q̄ in ciuitate plana fuerant, quae inter hos colles, flumenq; ad occidētē erāt, aggrediamur. Atq; ut dilucidius, quae exposituri sumus, percipi possint, dicendum uidetur Campū Martium totum id spacijs plani occupasse, quod iam pri dem extra urbem fuit nam mōenia ad pontem Sextū incipiebant ē regione muri, qui transtyberim erat, atq; ad quirinalē usq; protendebatur. Quoniam ue ro uniuersus hic cāpus intra urbem receptus est, difficile est ea loca quae aut fuerint ibi, aut non fuerint recensere. Quo tempore Tarquinius sua filiorumq; insolentia pulsus est, omnia loca certis finibus circūscripta sunt, bunc tantū campum, qui antea tyberinus uocaretur, Marti dicare maluerūt, atq; iccirca Martium appellauere. Forte autem ibi tū seges farris dicitur fuisse matura messi, quem campi fructum, quia religiosum erat consumere, defectam cum stramento segetem magna uis hominū simul immissa coribibus fudere in tyberim, tenui fluentem aqua. Ut me dijs caloribus solet. Ita in uadis hæsitantis frumenti aceruos sedisse illitos limo, insulam inde paulatim, et alijs, quae fert temere flumen, eodem inuectis, factā. In hoc campo Magistratus creari solebant, eoq; populus ad suffragia ferenda conueniebat. In eodem se

Camp. Mart.

creabantur magistratus.

se pubes Romana uario armorū genere exercebat.  
Iudi equestris siebant. Aquamq; inducebant ob loci  
commoditatem. C. uero Cesar, ac deinde Augustus,  
atq; alij multis edificijs superbissime extuctis hunc  
campum ornarunt. In campo Martio statuae illustris  
bus uiris sicut in capitolio ponī mox fuit, quare acce mos.  
Pimis multas ē capitolio huc statuas esse translatas,  
quod minus ibi commode capi possent. Easq; postea  
adeo à caligula dissipatas, ut cum earum inscriptio-  
nibus recte commodari non potuissent. Strabo scribit apud campum Martium alium, sed non tam am-  
plum, extitisse, huncq; Agrippae tribuunt, quo loca  
Pantheonem eiusq; thermas extruxit. Eam uero par-  
te, quæ à Domitianī arcu initium summens, qui in via  
Flaminia est, apud sanctum Sylvestrum atq; ad po-  
puli fere portam extenditur. ualle Martiam quod  
una ex inferioribus Martij campi pars esset, nomi-  
narunt. In hac ualle ad radices prope collis hortulo-  
rum Domitianī fuit Naumachia. Cuius adbuc nōnul-  
la extant uestigia. Nam Suetonius scribit, hic Nauma-  
chiam, stadium, atq; Metodiū fuisse, erat autem Na-  
machia locus manu factus effosso ac circuistructo iux-  
ta tyberim lacu, ludos autem hic nauales, pugnasq;  
pene iustarum clasium fecit. he uero pugnae etiā in  
circis, atq; Amphitheatris committi mos fuit, aqua in-  
ducta uel ad multititudinis uoluptatem, uel ut ea re-  
fese exercearent, hoc loco naumachie Augustum antea,  
huiusmodi nauales pugnas edidisse uolūt, nisi for-  
tasse is locus proprius tyberim fuerit. Ex materia

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

Naumachiae Domitiani circum maximum, cuius latera penitus igni consumpta fuerant constructum uoluunt. Prope hunc locum Flauiorum familiæ templum Domitianus constituit. Feruntq; in ruinis, quæ sunt circum D. Sylvestri templum aliquando crassiimos lateres inuentos defodiendo, quorum aliqui haberet.

**DOMITIANA MAIOR PARS. DOMITIANA MINOR.** Quamobrem in hoc ambitu buius principis edificia fuisse putant. In alia quidem parte, quæ est inter viam Flaminiam, ac tyberim iuxta D. Rochi templum, qui locus hodie Augusta dicitur, admirandum Mausoleum ab Augusto constructum scimus. Is autem nihil aliud fuit, quam sepulcrū, quo omnes Imperatores eiusq; affines condi uoluit. Ita autem appellauit, quod tam superbe, atq; magnifice esset factum, quam Mausoleum Mausolo Regi Cætria ab Artemisia uxore cōditum. Id quidem ita egregijs operibus edificatū est, ut inter septem orbis miracula sit repositum. Augusti porro Mausoleum è candido lapide constructum erat. Duodecim habuit portas sibi inuicem oppositas. In uertice, quem CCL. cubitorum altitudine fuisse uolūt, Aeneum ipsius Augusti simulacrum fuit, ipsa quidem sepulchra nō admodum è terra tollebantur. Ex posteriori parte loca ad spaciandum pulcherrima habuit, lucosq; amoenissimos, ac uiridiſſimos. Hodie marmor rotundum, qđ in interiori erat parte, extat, & quemadmodum ex antiquis uestigijs eius loci coniçitur, tres erant muri eque inter se distantes, ita ut multa præterea sepul-

D. Rochus.

et a cōmode à se inuicem disiuncta capi posset. In his  
ruinis marmor repertū est cū huiusmodi inscriptiōe.  
DIS. MANIB.

M.VLPIO MARTIALI AVG.LIB. A.MAR.  
MORIBVS. Scribit Suetonius cū Augustus in cā-  
po Martio Mausoleum edificandum constituisse, in  
gens Amphitheatri edificium deiecit, quod antea C.  
Cesar extruxerat. Duo equeales obelisci iuxta Maus-  
oleum fuere, quorum uterq; XLII. pedum cum di-  
mido longitudinem continebat. Alter fractus in uia.  
Inter hunc ipsum locū, ac tyberim, alter post D.Ro-  
obi terra opertus spectatur. Iuxta autem populi por-  
tam ingens, ac peruenustum edificium columnæ simi-  
le erat, quod uiarum p̄fecti deiecere. Quale id edi-  
ficiū fuisset plane ignoratur, tametsi nonnulli Mar-  
celli sepulcrum fuisse suspicentur, quod Virgilius in  
campo martio ad tyberim ponit. Tamen nō animad-  
uertunt potius in Mausoleo, qđ proprius tyberim fuis-  
set, quā illud edificium, cum Augusti Nepos ex qui-  
dem gratissimum esset, positum existimare oportere.

Marcelli sepul.

Verg.

De Arcu Domitianī, de templo Iunonis Lucia-  
ne, de obelisco, de horologio cam-  
pi Martij. Cap. XIII.

**A** D reliquū cāpi Martij accedamus, valle Mara-  
tia descripta. Via Flaminia, qua recta p̄ portu  
tā populi exire properabat ad septa incipiebat, quo  
loco via lata terminabat, cum à capitolio inciperet.

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

Sed ad arcum Domitiani reuertere, qui ut est demonstrat stratum, in via Flaminia est, in campo Martis uallis copitolium uersus dicamus Arcum, quem tripolim vocant Domitiano erectum, eius n. uera ac pene uia effigies ibi expressa uidetur, sicut ex eius numismatis comprehenditur. Infra urbis direpta est imago, prope Victoria est, pallasq; gratulantis specie. Vbi uero hoc die est non quidem procul hinc D. Laurentij in Luctuæ ædes, Lucinæ Iunonis olim fuit templum. Vnde nomen sumpsit recens fanum, quamuis sunt qui à Cestino pontifice præcibus. D. Lucinæ commoto posseum uolunt, ab eaq; nomen esse sumptum. Per lapidis tactum pulcherrimus obeliscus CX. pedum, que in campo Martio ab Augusto locatum diximus, distractus conspicitur. In quo, ut Plinius meminit, philosophiæ egyptiorum interpretatio inscripta continebatur. Additq; idem autor huic obelisco Augustus mirabilem usum addidisse ad deprehendendas solis umbras, dierumq; ac noctium longitudinem, strato lapide ad obelisci magnitudinem, subditq; Maviliu Mathematicum apici auratam pilâ addidisse, cuius uertice umbra colligeretur in semetipsam. In quodam hu*ius latere hæc hodie leguntur.* CAESAR.DIVI. I. F. AVGUSTVS PONTIFEX MAXIMVS. IMP. XII. COS. XI. TRIB. POT. XVI. AEGYPTO IN POTESTATEM POPVLI RO. RE BACT. SOLI DONVM DEDIT. Hic defodie de solis horologium cum suis lineis gradibusq; distinctum ex metallo in auratum repertum, est in cultus an-

gulis quatuor uentorum imagines opere museato cū  
huiusmodi inscriptione, factæ erant.

## VT BOREAS SPIRAT.

De columna Antonini Pij, ac de suo porticu  
de monte Acitorio. Cap. XIII.

**I**N extremo Flaminie viae à dextra capitolium uer  
sus inter sciaræ aream, atq; Pantheonem colum  
na ad chiocciolas dicta Antonini Pij reperitur  
**CLXXV.** pedum altitudine. LVI. habet fenestras,  
gradus difficile numerari possunt, cum sint uetusitate  
dissipati, pub. tamen Victor CCVI. fuisse scribit, qui  
bus ad uerticem ascendebatur. In ea huius principis  
gesta incisa erant, nunc semiconsumpta igni est, in  
apice eius simulacrum fuit, ut ex suis numismatis ap  
paret. Clementissimus, iustissimusq; tum modestissi  
mus fuit, aiuntq; illum sepius illud Scipionis usurpa  
re solitum, malle se scilicet ciuem seruare, quā mille  
ex hostibus necare. Pub. Victor addit præter colum  
nam huic religioso principi etiam templum positi.  
Nec procul hinc prope D. Stephani templum cogno  
mēto trullij porticus peruetusta est, cuius neq; prin  
cipium, neq; finis ullus discernitur. XI. tantum ingen  
tes quidem columnæ marmoreæ sunt, ita dispositæ ut  
quadram banc fuisse porticum demonstrent. Anto  
nini Pij opus fuisse putant. Iuxta Antonini columnā  
monticulus tollitur, Acitorium uocant. In bunc se po  
pulus post lata suffragia in magistratibus creādis cō

que suenibz  
populu, creati  
magistratibus.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
ferebat, de hoc mox non nihil afferretur. Ex ruinis vil-  
lae publicae Amphitheatri claudij, atq; aliorum edifi-  
ciorum, quæ ibi fuerant, factum redunt. Nonnulli ex  
ea terra effectum existimant, quam Antoninus Pius  
in erigenda columna sua defodi iussit.

De villa publica, de septis, de templo Neptuni  
de Ampbitheatro Claudi Imperato-  
ris. Cap. XV.

*qui Sorium  
legati -*  
*Scipio Mihia -*  
**V**illa publica ingens fuit palatum curiae instar,  
in quod, quoniam extra urbem esset, hostium  
legati, quibus aditus in urbem non dabatur, recipie-  
bantur. Huius frequens est apud Liuum mentio. In  
hac villa publica campi Martij Sribit Valerius Ma-  
ximus quatuor militum legiones cōtrarie partis à Lu-  
cio Sylla fidem suam secutas, ne quicquā fallacis dex-  
tre misericordiam implorantes obtruncari iussas. Se-  
pta uero que inter Antonini pīj columnā atq; aquā  
uirginem fuere, quædam loca, ut ex ipso uerbo cognos-  
citur, putantur fuisse, quæ circum septa tabulis suis  
sent. In ijs populus, in suffragijs ferendis includeba-  
tur, unaqueq; autem tribus separata habebat loca.  
Quamobrem, quoniam ad ouium septa similitudi-  
ne accedebat, ouilia etiam dixerūt. Ad uiam Flaminīā  
atq; fornicatam hæc Liuius ponit. Hinc singulae tri-  
bus ordine uocabantur ad suffragia ferenda. Ne ue-  
ro in septa redeentes, eum, quem suffragijs adiuuif-  
sent, indicarent, ponte, qui erat prope Antonini colō-  
nam

nam, in monticulum mittebantur, qui ex alia parte erat, montem autem qui nunc corrupte Acitorius dicitur, ab eis, qui citati hoc est uocati ad suffragia fuerant, Citorum appellauere, huius pontis Suetius meminit. Ait. n. coniuratos conditos in cæsare interficiendo utrum illum in campo per comitia tribus ad suffragia uocantem partibus diuisis ē ponte deicerent, atq; exceptum trucidarēt, an in sacra uita, uel in aditu theatri adorirentur, quoniam uero pons tot capax esset, qui suffragia exciperent, et scribenda referebant, non adeo pusillus putandus est. Scribit Cicero ad Atticum sc in animo habuisse rem glorioſiſimam efficere, nam in campo martio septa tribunis comitiis marmorea se facturum pollicetur. Et tecta, atq; ea cingere excelsa porticu uoluisse, sic ut mille passuum conficeretur. Simulq; se adiuncturum villam publicam, perficere id tamē non potuit bellis ciuilibus impedientibus. In septis nonnunquam populus censeri solitus est. Ludi præterea uarij, sicut Augustum legimus in eis uenationes, ludosq; scenicos edidisse. Apud septa Neptuni fuisse templum Dionysius scribit. Quod Agrippa plurimis maximisq; ornamentiſ illustrarit. Itē Claudij Imperatoris ut Suetonius tradit, Amphitheatum prius à tyberio Claudio inchoatum, imperfectumq; diuissum.

De aqua uirgine, de templo ac lacu iuturnæ  
deq; pietatis templo. Cap. XVI.

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

*Vxta septa à septentrionibus adhuc modicū quād  
Ipam aquæ uirginis uidetur, quam per viam pri  
nestinam VIII. ab urbe lapide Agrippa induxerat.  
Frontinus scribit Agrippā ter cōsulēm xiiij. an. post  
quam aquam Iuliam perduxit, Virginem induxisse  
ex agro tūsculano, qui ex Magnifica villa, quam Lu  
cullus edificauit Lucullanus quoq; dictus est. Hodie  
frastatiū dici putant. Virginiam uero aquam iccirco  
appellarunt, quoniam uirgo millib⁹ quibusdam sti  
tientibus, aquamq; querit. antibus huius aquæ uenam  
indicarit. Et quoniam pertenuis aqua erat, alijs corrī  
uatis riūulis aucta dicitur. Huius pars in eorum qui  
extra urbēm habitant, commodum, referuata est. Re  
liqua in urbēm perducta in XVIII. castella diuide  
batur multorum locorū tum priuatorum, tum pu  
blicorum commodo. Tribus autem regionibus deser  
uebat VII. uidelicet. VIII. ac XIII. nunc uero ma  
ior aqueducti ueteris pars dissipata est, atq; hodie  
iuxta salarium pontem nempe à fonte deriuatur, qui  
in monte est, zoidsq; uulgo nunc appellant. Hęc una  
ex tot, quae quondam Romam inductæ erant etiam  
bac estate durat, uerum (ut dixi) admodum tenuis, ex  
omnibus, que in urbēm recipiebātur aquæ, uirginē  
Appia, atq; Alisetina exceptis, piscinas nō habebant  
erant autem piscinæ receptacula quedam in quibus  
aque collectæ purgaretur, ut in urbēm priores in  
grederentur, reliquæ sex extra urbēm habuere pisci  
nas etiā septimo ab urbe lapide. Plinius tradit Agrip  
pam, à quo aqua uirgo Romam est perducta, eodem*

*agū Virg. cœ.*

ipso anno aliarum aqueductus purgasse, ac resarctis  
se. DCC. lacubus factis, qui mechanicis usibus in ur-  
be præsto essent. Hæ autem aquæ irrigandis hortis  
inseruiebant, CXXX. castella præterea fecit. In om-  
nibus autem ijs ædificijs. CCC. imagunculas partim  
ex ære, partim ex marmore. CCCC. columnis marmo-  
reis erectis locauit. Quare cum ab Augusto aliquan-  
do populus uinum petijset, commotum ferunt ip-  
sum respodisse, Num uinum rogare audetis, cū meus  
gener Agrippa totuobis aquas induixerit? Tradit Frö-  
tinus, inter cætera commoda, ac uoluptates quæ urbi  
aque huismodi afferrent, salubritatem etiam aeris  
auxisse atq; sua etate, quæ Neruæ temporibus fuit,  
nouem aquæ in urbem influebant, scilicet claudiam,  
Appiam, Martiam, Iuliam, Tepulam, Virginem, Al-  
fietinam, Anienem ueterem, nouamq;. Ostenditq;  
Aqueductuum magnitudinem quibus inducebantur,  
omnia orbis. atq; Romæ etiam ipsius miracula supe-  
rasse. Item alibi scribit CCCCXL. annorum spatio  
ab urbe condita nullū aliud aquæ genus Romanos bi-  
bisse, quam ex Tyberi, aut ex puteis, fontibusue sed  
cum in dies urbs, populusq; crescere, atq; habitationes  
næ à flumine distare cœpissent, atq; à puteis, qui in  
ima essent parte, atq; propterea aqua laborarem, lo-  
cis præcipue superioribus, non tantum ad bibendum,  
uerum etiam ad publicos artium usus, hortosq; demas  
irrigandos, huismodi aquas perducere tam procul  
cœpere, has admirabili ordine conservatas fuisse feri-  
bit. Harum n. censores, Ediles, aut qui uis principes

O ij

9. aquæ. in vob.

DE ANTIQ. V.RBIS ROMAE  
euram precipuam habebant. Horum erat facultas  
huiusmodi aquas, aut concedere, aut uēdere. Ingensq;  
pœna ijs preposita erat, qui de ijs aut abstulissent,  
aut uel guttam quidem, tam extra, quam intra urbē  
defraudassent, siue imminuissent. Quin siquid ex ijs  
deficiebat, ne reuocari quidem sine autoritate ad pri-  
uata commoda licebat. Qui autem præerant summa  
diligentia nitebantur, nequid in aqueductibus uisij-  
fieret. Neue à quoiam in aquarū iuribus illa fraus,  
dolusue committeretur. Sed ad Virginem reuerta-  
mur. Per pincianam portam illa quidem ingredieba-  
tur, in campū. n. Martiū properabat. Sub hortulorū  
colle aqueductu tollebatur. Vbi Hortus est M. An-  
geli Colotij literarum præcipui cultoris, atq; anti-  
quitatis in primis amatoris, in quo Marmor Tiuer-  
tinum cum hac inscriptione seruatur.

TI. CLAVDIVS DRVSI F. CAESAR AV-  
GVSTVS GERMANIC VS PONTIFEX  
MAXIMI. TRIB. POTES. V. IMP. XI. P.P.  
COS. DESIGN. III. ACQ VE DVCTVS  
AQVAE VIRGINIS DISTVRBATOS PER  
C. CAESAREM A FVNDAMENTIS NO-  
VOS FECIT, AC RESTITVIT.

Cum autem poene corriuisset hic aqueductus uetus ta-  
te Nicolaus V. noua inscriptio addita restituit Osi-  
dius in campo Martio ad aquam Virginem Iuturne  
turni sorork fuisse templum. Ea autem parte fuisse  
uolunt, qua fōs est, uulgo Lotreglius dictus. Hæc Nym-  
pha lachii nomen dedit, in quem mersa, nec unquam

infast.

apparuisse dicitur. Hunc autem prope hoc templum putant fuisse. Quidam ad templum ueste in foro, quo loco castor, ac pollux cum equis sudantibus uisi sunt. Iuturnæ qidem aquam Varrone dicente, saluberrimam putabant. Quamobrem pleriq; aduersa uale tudine affecti cum quadam religione ad eam bibendi causa accedebant, perinde ac hodie uidemus nostros homines ad puteum cōfluere, qui in sacello est, D. Marie in uia, sic n. uocant. Quid non procul ab Iuturnæ fonte abesse uidemus. Pietatis templum in campo Martio fuisse, ubi hodie est D. Saluatoris cognomento templum, nemo dubitat.

De uia lata, de templo Isidis, de foro Suario, de arcu Camilli, de templo Minerue. Cap. XVII.

**P**RISquam ex hac parte discedamus, que est iuxta colles quamvis aliquantū extra campū Martium, sit, de nonnullis alijs locis agendum, qui reliqui uidentur. Superius exposuimus uiam latam à capitolio usq; ad septa sese extendisse hodie etiam uetus nomen retinet eiusq; uestigia in area sciaræ adhuc restant, adde, quod D. Marie templum quoniam in eadem lata uia conditū est, adhuc in uie latæ cognoscatur. Ad hoc templum paucis abbinc annis quādam uestigia Arcus cuiusdā uetustissimi sunt reperita, in cuius fragmentis imagines uictoriarum ac trophorum extabant, sed cum literæ cecidissent, nihil preterquam VOTIS X. et XX. legi poterat. Huic

Q iiij

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

autem ab Innocentio VIII. demolitum, ad hoc templo  
plum construendum, uolunt. In via lata prope septa  
Isidis templum fuit ea parte, qua D. Marcelli nunc  
est fanum. Hic olim Marmor cum hac inscriptione  
inuentum est. **TEMPLVM ISIDIS EXQRATÆ.** Iosephus narrat Tyberij iussu Isidis templis  
omnino deletum. Huiusq; deæ statuam in profuen-  
tem tyberim deiectam. præterea omnes eius sacerdo-  
tes cruci affixos propterea quod horum suarū Pauli-  
na honestissima, castissima q; foemina, pretextu simula-  
lationeq; dei Anubis, à quodam Adolescenti, qui ip-  
sā perdite amabat, uiolata est. In huius templo mul-  
ta fœdæ turpiterq; committi solita Quidius testis est.  
Multæ Romæ habuit templa, duo tamen præcipua,  
hoc de quo nunc est sermo, atq; illud quod iuxta ther-  
mas caracalle erat. In extremo uiae nouæ. Forum ue-  
ro suarium ubi sues uendi solerent, quo loco D. Nico-  
lai est templum cognomento in percilibus, ex hac  
parte ad quirinalis fuit radices. Varro tradit Empo-  
ria habuisse Romanos ubi certas res uenditari sole-  
ret, ab ijsq; nomina sumpsisse. Ut suarū in quo sues  
Boarium in quo boues, olitorium in quo olera, písca-  
rium in quo pisces uenderentur. Inter uiam latā, atq;  
Mineruam argus simplex nullo ornamento illustra-  
tus conspicitur. Camillo erectum putant, quoniam ad-  
buc camilli arcum nominat. Sed quoniam ut Flinius  
asserit, triumphales sua ætate poni cœpti sunt, putat  
bunc arcum illi similem fuisse, quem stertuius in cir-  
co maximo, atq; in foro boario statuis quibusdam

Suarium à sub:

Emporio noa

Inauratis super impositis, extruxit. Minerue templi  
 vestigia adhuc in cenobio fratrum sancti Dominici  
 extant. Hoc templum tametsi in aliud, nempe in D.  
 Marie fanum conuersum sit, nomen tamen Vetus re-  
 tinuit, iccirco sanctam Mariam Minerue appellant.  
 Ingens quidem non erat ut ex muro, qui adhuc in ip-  
 forum fratrum hortis durat, comprehenditur, eo cæ-  
 nobij fordes congerebant priusquam Clemens VII.  
 cellas ibi adiunxit. Hoc templum Cn. Pompeius co-  
 struxit. Cui postea omnia sua ornamenta, que bellis  
 gerendis, maximisq; rebus obeundis compararat, di-  
 cauit, ut ijs titulis, atq; insignibus triumphalibus pa-  
 triam patiusquam se ipsum ut ait plinius, ornaret. In  
 ijs numerus erat quot hominū millia superasset, cōcidis-  
 set, fugasset, Romanoq; impiō subiectos reddidisset,  
 quot naues merisset, aut captas duxisset. Quot oppi-  
 da, atq; urbes Imperio Romano adiunxit, terris à  
 Maeotide ad urbium mare subactis. Triumphi memo-  
 rante Plinio præfatio iu hanc erat sententiam. Cum  
 oram Maritimam à prædonibus liberasset, et Im-  
 perium maris populo Romano restituisset, ex Asia,  
 Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadoccia, Cili-  
 cia, Syria, Scythia, Iudeis, Albanis, Iberia, Insula Cre-  
 ta, Baeternis, et super hæc de Regibus Mithridate,  
 atq; Tigrane triumphauit.

De Pantheo, siue de Sancta Maria  
 Rotunda. Cap. XVIII.

O iii

# DE ANTIQ. VRBIS ROMÆ

*Dij in Pantheo*  
*utq.*

**I**N campi Martij principio, uel ne strabo, sentit, atq; alio campo, Martio proximo Pantheon, atq; Agrippa thermæ fuere. Pantheum hodie fere integrum cum porticu uidemus tametsi ueteribus suis ornamenti, statuisq; careat. A figura rotunda D. Maria Rotunda hodie dicitur. Agrippa scribente Plinio, inscriptio neq; indicante Ioui Ultori posuit. Pantheumq; appellauit, nam post Iouem diis etiam omnibus dicauit, ut ex uocabulo intelligitur. Alij ita uocatum putant qd rotundum esset, celoq; persimile. In huius uestibulo Augusti, atq; Agrippæ effigies erant. Intus uero in numerabiles deorum imagines effictæ, que cællas ad hoc factas occupabant. In primis uero Minerue, ex ebore opus phidiae nobilissimi artificis. Veneris, e cuius aure celeberrima cleopatrae Vno pendebat. Ma crobius scribit, Cleopatra, atq; Aegipto superatis unionem maximum Romam allatum, quem ex aure p̄denter Cleopatra gestare solita esset, alterum n̄ biquefactum aceto absorbuit in cōuuio, quod M. Antonio parauerat. Illum quidem dimidiatum dissecū tanquam singulare, atq; unicū naturæ opus, atq; in duas distans partes auribus Veneris in Pantheo appensum ferūt. CCL. millibus coronatis aureis estimatus accepimus. Herculæ statua sed loco imo. i. humili posita erat. Cui singulis annis hominem carthaginenses mactabant. Aeneas adhuc fores habet hoc templum easdem aquæ antiquitus fuerant. In medio foramen habet ad lumen diei accipiēdum. Quoniam uero Maximus ille circuitus est à summo ad imum, ne pondes

## LIBER QVARTVS.

fol

repressum concideret; quædā quasi cauerteræ in opere construendo relictae sunt. Varijs marmoribus stratum est pavimentum. foramina multa ad aquam pluviam excipiendam habentur. Eius templi altitudo CXLIII pedes, totidemq; latitudo continet. Multis in id gradibus descenditur, cum olim septem ascenderetur. Ruine ingentes ædificiorum, quæ hic sunt, causam esse putandum, quibus terra sublata est. Huius templi Porticus ab Agrippa etiam factus XVI. columnis maximis sustinebatur. Nunc XIII. tantum sunt, duas ignis consumpsit un. autem deest, huius porticus trabes ænei sunt, atq; inaurati officinis, tabernisq; utilissimis hæ columnæ olim occupabātur. Adeo ut uix perspici possent. Eugenius pont. IIII. amouit, Columnasq; liberauit uia etiam patefacta, atq; ampliata. Hodie quibusdam domunculis magna rudorū ac terre congerie amotis solum quasi insula relictū est. Tectum templi plumbis laminis tegitur, cum, ut diuinit ex argenteis antiquitus tegeretur. Sed eas Constantinus III. cum omnibus antiquis ornamentis Romanam uenicis submouit, ut Bizantium illis ornaret. Ea tamen omnia cum ille in Sicilia Siracusis in reditu morte e fset. interceptus, à Barbaris, qui eo cū magna classe appulerunt direpta, in Aegyptum transuercta sunt. Accepimus bunc Constantinum septem diebus, quibus Romæ commoratus est, maius detrementum attulisse, quam Barbaros CCL. annis, nihil n. omisit, quod non abstulisset, in templi frontispicio titulus indicat eius Agrippe autorem fuisse. Sic n.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
habetur M. AGRIPPA L.F.COS. TERTIVM.  
FECIT. Inferius notis minutioribus septimiij seue-  
ri, atq; M. Aurelij, à quibus instauratum est, mentio  
habetur, tametsi Spartanus scribit ab Adriano pri-  
us resectum. Huiusmodi est titulus.

IMP.CAESAR.L.SEPTIMIUS SEVERVS  
PIVS PERTINAX.ARABICVS. ADIABENI  
CVS PARTHICVS MAXIMVS PONTIF.  
MAX.TRIB.POT.XI.COS.III.P.P.PROCOS.  
ET IMP.CAES.M.AVRELIVS ANTONI-  
NVS PIVS FELIX AVG. TRIB. POTEST.  
V.COS.PROCOS.PANTHEVM VETVSTA-  
TE CORRVPTVM CVM OMNI CVLTV  
RESTITVERVNT.

Bonifacius. IIII. Pont. ab Imperatore Phoca impe-  
travit ut id templum D. Mariæ Virgini sanctisq; om-  
nibus dicaret. In Panthei circa duo Leones pari for-  
ma è lapide uero medio inter rubcum nigrumq; colo-  
rem super basibus uisuntur. Duo tandem ex Alaba-  
stro Vasa, que, ut quidam censem, in Agrippæ ther-  
mis huic loco proximis fuere.

De thermis Agrippe, de templo boni euentus  
De thermis Neronis. Alexandri, atq;  
Adriani. Cap. XIX.

I Nter Magnifica, multaq; edificia Aggrippe,  
thermas etiam numerare possumus, ab eius nomi-  
ne Agrippinas dictas. Harum adhuc nonnulla sunt.

vestigia post Pantheum, ea parte que capitolium sp̄at,  
stat, Plinio uero afferente pulcherrime fuere. Inter  
cetera earum ornamenta pauimenta iutrea habuere.  
Posteriori ex parte Panthei quodum thermarum la-  
tere Boni euentus fuit tēplū. Cuius ad hanc usq; etatē  
vestigia extant, atq; eo quidē loco, unde superioribus,  
temporibus ab area D. Eustachij ad Mineruæ circum-  
ducta est. Ad hoc templū palatum nobilissimū à M.  
Perusio fisci procuratore extractum est. Veteres bo-  
num euentum summa ueneratione colebant, ut eo ad  
iuuante res prospere caderent. Eius autem simulacrum  
Iuropis forma fictum erat, sinistra spicam, dextra pa-  
teram tenens. In capitulo fuisse boni Euētus, bonaq;  
fortune imagines Plinius est autor. Post D. Eustas-  
chij templum, quod prope pantheon est Neronis fue-  
re therme. Hodie quoq; earū fornices durant. Mar-  
tialisq; testimonio pulcherrimos fuisse putandum est.  
Iuxtabos, ut tradit Lampridius Alexander seuerus  
suas thermas edificauit, aquamq; de suo nomine Ale-  
xandrinam postea appellatā induxit, domibusq; quae  
emerat, deiectis, Syluam fecit. Is syluam suam ther-  
mis publicis donauit, ad lumen uero accēdendū oleū  
tradidit, cum ante auroram aperiri, minime ante so-  
lis uero occasum claudi solerent. quidam putant Ale-  
xandri thermas ibi fuisse, ubi Galloruī est hospitiū  
Medicorumq; palatum. Post Neronis thermas in qui-  
busdam domibus, que ad septentriones sunt, pauimē-  
ta nonnulla peruerterat thermarum, tubiq; plumbei  
putensq; aqua admodū perfrigere, qui exsiccari ex-

## DE ANTIQ. V R B I S R O M A E

Bauririq; nequaquam poterat, spectantur. Quare nonnulli adducti sunt, ut crederent eam esse aquam, quam Lampridius narrat ex Alexandri thermis fuisse. Non procul à Pantheon in D. Macuti area obeliscus exiguis uetus stare uidetur, tametsi quidam apicem potius uerticemq; alicuius obelisci ingentis sed diruti, fuisse, quam paruum integrumq; putent.

De circo quem Agonem uocamus ac de Neptuni templo.

Cap. XX.

Inter hec loca descripta, Tyberimq; pulcherrimus campus est. Agonem nominant, uulgarius uero Nagonam. A ludis agonalibus sic dixerunt, quos à Numa popilio institutos accepimus, et quinto idus Ianuarij solitos celebrari Iano. Quoniam uero Agonis nomine uaria spectacula ludosq; intelligunt, putandum est uaria ludorum generabit spectata. Superiori aetate etiam Alexandri circum hunc locum dictum narratur, uel quod huius thermis proximus esset, uel quod ab eo fuisse instauratus. Hic ultimo dierum, quos Carnealem uulgo appellamus ueterum triumphorum simulacra representantur totius ciuitatis ingenti cursu. Mercurijq; diebus hic ad mercatum conueniunt. Plerique ualde sunt decepti flaminium fuisse circu existimantes. De quo mox dicemus. Minus uero iij falsi sunt, qui Equiriam hunc locum dictum putarunt. De qua etiam statim exponemus. Iuxta D. celsi templum ingentem Gratiani, Valentiniani, ac Theodosij ar-

cum fuisse, triumphalem marmore ibi inuenito addū  
cti, dixerunt. Id autem est huiusmodi.

JMPPP.CAESSS.DDD.NNN.GRATIANVS.  
VALENTINIANVS, ET THEODO SIVS  
PII FELICES ET SEMPER AVGGG. AR  
CVM AD CONCLVDENDVM OPVS OM  
NE PORTICVVM MAXIMARVM  
AETERNI NOMINIS SVI PECVNIA PRO  
PRIA FIERI ORNARIQVE IVSSERVNT.  
Vbi nunc templum est D.Blasij ad tyberim Neptuni  
volunt fuisse fanum. Vbi eorum, qui naufragium fe  
cissent, tabellæ suspendi solebant, quæ periculum, for  
tunamq; eorum declararent. Hoc loco marmor re  
pertum est, in quo huus dei mentio erat tum Adriæ  
ni instauratiōnis.

De ara Plutonis, de Terēto, de caprea palude,  
deq; alijs cāpi Martij locis. Cap. XXI.

**I**N campi Martij parte extrema ad tyberim uer  
sus urbem Aram subterraneam Plutonis fuisse  
memorāt: quo multis gradibus descēdebatur XX.n.  
sub terram pedibus positam dicūt. Ad alia reliquorū  
deorum templo gradibus ascēdebatur, in Plutonis ta  
men atq; cons̄ descendebatur. Iccirco autem id ob  
seruabatur quod inferorum deus esset. Et quoniā cō  
filia arcana, atque occulta imprimis oportaret esse  
idem in cons̄ fano seruabatur. Locum hunc, qui in  
campo martio fuit, Terentum appellare, uel quod

Plutonis et  
cons̄ templo  
subterranea.

# DE ANTIQ. VRBIS ROME

Terentrem  
Vnde -

aram sub terram posuissent, uel quod ibi fluvius ri-  
pam fluens tereret, hoc n. uerbo Rodere significa-  
bant. Iuxta hanc ipsam Plutonis aram quotiescumque  
chutas lustraretur, nascientium, simul atq; mortuorum  
nomina adnotari solita narrant. Ferunt præterea  
trigesimo quoq; anno populi recensendè fuisse more  
exactisq; ceremonijs iterum aram claudi sicut anteia  
Volitam. Valerius Maximus tradit ualesium quendam  
sabinum rusticum, perdiuitem, cum tres liberos in  
columns Pestilentia cōsernatos habuisset, hic XX.  
pedum altitudine terram cū defodisset, platonis, pro  
serpineq; aram reperisse, quibus tres dies, ac totidem  
noctes continenter sacrificarit nigrā hostiam. Eo  
autem bello, quod Romani aduersus sabinos gessere  
hoc loco hanc aram posuere. Ita uero occultum cū  
stodiebant, ne id præter eos quisquam alias intellige-  
ret. In campo Martio autore Liuio capreæ fuit pa-  
lus. Ad quam Romulus Nonis Iulijs cum ad exercitū  
recensendum concionem haberet. Subito coorta tem-  
pestas cum magnō fragore, tonitribusq;, tam densis  
Regem operuit nimbo, ut conspectum eius concioni  
abstulerit, nec deinde in terris Romulus ipse fuerit.  
Sedato tandem pauore postquam ex tam turbido  
die serena, & tranquilla lux redijt, ubi uacuam  
sedem regiam ples Romana uidit, solicitem de Re  
ge optimo amissso fuisse, quod patrum manibus di-  
scerptum putaret, donec Iulius proculus Romulu-  
bi se obuiū in ualle quirinali dedisse cælo delapsil affir-  
mat, orationeq; sua mærorē omnium fide immor-

Parvula Ro-  
mulus à coelis.

talitatis leuiuit. Plutarchus asserit locum fuisse cā  
preā paludem, in quo tyberis stagnaret, et propterea  
tutissimum. Quod eo nī ex uno latere, additus eset.  
In eodem campo Martio ludi fiebant, quos, quoniam  
in equis celebrarent equiria dixerē. Ut uero Caſio-  
dorus memorat, per Equiriam qui locus ibi erat  
ubi nunc est fanum D. Mariæ in Equiria cognomen  
to durante, sex currus ab Augusti Mausoleo, disce-  
dentes, usq; ad Flaminium circum properabant, quāz  
uis difficile sit ob multitudinē edificiorum plane de-  
clarare quam uiam currus agitati securi essent. D.  
Mariæ in Equiria templum Anastasius Pont. condi-  
dit, in eo excauando quādam Anates æneæ, quæ pa-  
cis abhinc annis seruabantur adhuc, repertæ sunt. Nō  
nullæ columnæ in quodam hortulo istius loci stare ui-  
demus, ex quibus intelligere possumus hic aut tēplū  
quodpiā, aut porticum extitisse. Equiriae festa Mar-  
ti exeunte februario, præterea etiam Mario men-  
se fiebant, si uero fluminis inundationibus hic cele-  
brari non liceret. In montem cælum, cāpumq; mari-  
tialem transferebant. In campo Martio fuit uia re-  
cta. Scribit Capitoninus Gordianum iuniorem con-  
stituisse in campo Martio sub colle porticum facere  
pedum mille, hortos, ambulationes amoenissimas lau-  
ris, myrtis ac Buxis ornatam. In hoc ipso campo  
uolunt ab Aemilio Regilio dijs laribus templū edifi-  
catum, cum in Antiochiae bello antea uiuisset. In  
campo item Martio syllam sepultum accepimus.  
Italia. C. Cæſaris Neptis sepulcrum in eodem ha-

Equiria.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
buit, Hircius item, et Pansa, drusisque Clau-  
dij Imperatoris pater.

De templo Bellonæ, de Columna Bellicæ, de tēplo  
Apollinis, Martis, Iunonis. Cap. XXII.

**P**ostquam de campo Martio est expositum, ac de  
plana ciuitate, quæ uersus Quirinalem est, de  
alijs, quæ intra urbem erant, præcipue de ijs, quæ  
ad flumen sunt, dicamus. Initum uero ab ea par-  
te facientes, quæ iuxta forum olitorium est, ad eum  
usq; locum de quo in tertio libro exposuimus, adda-  
mus prope olitorium Bellonæ templum fuisse, quanq;  
Martis sororem, aurigamq; perhibent, proprio huic  
sanguine quem e uena brachij mittebant Sacerdotes  
sacrificabant, ante portam carmentalem hoc templū  
ponunt, non. n. inde aberat. In hoc templo senatus co-  
gi senatusq; consulta fieri solebant. Huius autorem  
fuisse Appium cecum, qui suaserat pacem cum pyr-  
rho negligendam, Quidius testis est, ante templū mar-  
moream stetisse ferunt columnam paruam bellicam  
appellatam. Quod cum populus Romanus alicui na-  
tioni bellum indiceret, ex hac columna hastam diri-  
gebant ad eam regionem, cui bellum indiceretur, nā  
cum longissime Imperij fines essent ampliati, minus  
commode uidebatur hac ceremonia in hostium ter-  
ra, ut antea solebat, uti. A Bellonæ templo non admo-  
dum procul Apollinis fanum aberat, ex quo, ut etiam  
secundo libro est dictum, uirgines discesserunt cum  
omni

Sacra Bellonae.

Senatus consulto.

Indicatio belli.

omni illa pompa, quam per Vicum iugarium, ac Tum-  
scum ad Iunonis Regine templum in Auentium du-  
xere. In hoc templo sepiissime senatus habebatur. Ibi  
que uolunt fuisse, ubi nunc est fanum D. Mariae co-  
gnomento sub capitolio, iecirco, quod inter olitorum  
forum, ac circum Flaminium, quo loco Appianus co-  
stitutus, esset. Ab huius templi sinistra spacio modico  
tres columnae marmoreae altissimae stare. uidetur, ibi  
Martis templum fuisse putatur, quod tanto studio  
Ouidius extollit ob columnarum nobilitatem, ac pul-  
chritudinem. Iuno item hic templum dicitur habuisse.  
Id autem fuisse putant, quod hodie est sancti Ange-  
li in piscario foro. Porticum habet, qua Iunoni ere-  
ctam uolunt, quamvis Mercurio nonnulli positam pu-  
tent. igni consumptam, septimus Seuerus. ac. M. Au-  
relius restituere, ut ex hoc titulo apparet.

IMP. CAESAR L. SEPTIMIUS SEVERVS  
PIVS PERTINAX AVG. ARABIC. ADIA-  
BENIC. PARTHIC. MAXIMVS TRIB. PO-  
TESTAT. XI. IMP. XI. COS. III. P. P. ET. IMP.  
CAES. M. AVRELIVS ANTONINV S PIVS  
FOELIX AVG. POT. MAX. TRIB. POT. VI.  
COS. PRO COS. INCENDIO CONSUMPTAM  
RESTITUVERUNT. Sed ad circumflami-  
num transeamus.

De circo flaminio, de templo Vulcani, Neptuni Her-  
culis custodis, Herculisq; ac Musarū. Cū reliquis,  
qua in eo circo fuere.

Cap. XIII.

P

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

**F**laminius circus ex Sex. Pōpeij sententia à Flaminio consule dictus est, qui prælio ad transītum cum Annibale cōmisso cecidit, uel ut scribit Plutarchus à quodā Flaminio antiquo qui moriens agrū quendam populo Romano, ex cuius prouentu equestres ludi fierent, reliquit. Vel ut ait Varro quoniā in campo Flaminio conditus esset. Hic etiam taurorū ludis equis currebant. Proximus ijs locis hic circus fuit, de quibus modo dicebamus, illisq; ubi etiam hodie nonnulla extant uestigia, antiqua inter citrangularum, ut nunc appellant, turrim, atq; viam, quā uulgo officinas obscuras uocat, hecq; loci istius latitudo putabatur, eius uero lōgitudo à D. Saluatoris in palea templo usq; ad Lodowici Mathei ædes. Circi istius os fere iuxta D. Lucie templum erat, in eius autem medio D. Catherine est fanum, quo loco nostra æta te funes siebant, aliquando Rose monasterium dixerunt. Inter ceteros ludos, Apolinares quoq; siebant. Quorum pompam narrante Lilio, dum celebrarēt, Tyberis inundatione ingenti, extra collinam portā, ut in Veneris Erycine templo ederentur, delatam accipimus. In codem circo, uel loco huic proximo, ubi Apollinis templum fuit, prata prius Flaminia fuere, huc sè penumero Senatus conueniebat, ad tractandū decernendumq; de publicis rebus. Multæ bic fuere statuae, ac templa. Quæ Maxima circo ornamenta afferabant, ut vulcani fanum, ubi accepimus canes uincere hominum templum custodire, nec latrare cuicquam preter sacrilegos solitos. Neptuni præterea,

Senatus conuenient;

Canes latrantes  
Sacrilegij =

quod ex hac inscriptione intelligitur.

ABASCANTO AVG.LIB. AEDITVO AE-  
DIS NEPTVNI QVAE EST IN CIRCO  
FLAMINIO FLAVIVS ASCANIUS ET  
PALLANS CAES.N.SER.ADIVTOR A RA-  
TIONIBVS PATRI PIISIMO FEC.

*Scipio Sp.*

Multa scopæ opera fuisse tradit Plinius, ut Neptunū Thetidem, Achillem, Nereidam delphinis impositas, Balenias, Tritones cum innumerabilis similiū bellua-  
rum cætu. Neptuni præterea ara fuit quam aliquan-  
do ualde sudasse idem est autor. P. Victor Ingēs Her-  
culi templum ponit, custodem circi Flaminij dictum  
ait, quare multi ibi olim fuisse putant, ubi nunc est D.  
Luciae fanum, nempe ad tabernas obscuras, nā in hu-  
ius fere loci principio fuisse credunt. Herculis cogno-  
mento Musarum similiter fuit templum, quod Her-  
culi ipsi ac Musis communiter posuit Fulvius nobis-  
lior, cum cogitaret Musarum tranquillitatem Hercu-  
lis uirtutem, Herculis uero gesta Musarum uim re-  
quirere. Ut immortalitati cōmendentur. Is ex Am-  
bracia ix. Musarum statuas uexit. Atq; in hoc ipso te-  
plo dicauit. Ut uero Suetonius scribit Martius Phi-  
lippus Augusti priuigni præcibus motus Herculi Mu-  
sisq; commune templū edificauit, uel, ut nonnullarū  
est opinio in meliorem formam, quam id, quod Ful-  
vius posuerat, rededit. In hoc circo Vitruius memi-  
nit Castoris fuisse fanum. Iuppiter. præterea statuor  
aliad habuit ornatisimū. Martialis innuit in hoc cir-  
co pocula fieri solita, Plinius uero in Brutī Gallicitē

P ij

DE ANTIQ. V.R.BIS ROMAE  
plo ppe Flaminii circu Martis fuisse colosu tradit.

De Theatro M. Stauri. Curionis, Cn. Pompeij  
ac Balbi. Cap. XXXIII.

• **Q**uo loco caput, ut bodie vocant, Flores est, planum Pompeij fuit theatru. Cuius etiam nunc vestigia sunt, presertim in Urinorum stabulo. Quoniam uero hoc primum Rome fuit, horum quae dem, quae lapidibus, facta essent, nonnihil de eo dicendum. Mos fuit ut diebus festis, Rustici, in pagos, ac compitas conuenientes, diem varijs cum sacrificijs tum ludis celebrarent, quam consuetudinem primi autores Atbenenses in urbem recipere. Eumque locum, ubi haec sacra ludoque facerent, theatrum appellaere. Ea autem uox spectandi locum denotat. Est autem in hemicycli speciem factum. In medio inter duas fratribus scena erat, in qua recitabat. Orchestra in hoc honorificentissimus erat locus, senatoribus assignabatur. Romani hoc edificij genus cum tot externis, non usque moribus, atque institutis Romana intulere. M. scaurus omnium primus Romanis theatrum Aedilis exhibuit, ligneum autem per XXX. tantum dies struxit. Ut in illo ludos scenicos ederet. Magnitudine omnia superauit, LXXX.n. hominum millia comedissime capiebat. scenam habuit triplicem altitudine CCCLX. Columnarum in ea ciuitate, que sex S. metras non tulerat sine probro ciuis amplissimi, ima pars scene e marmore fuit, media e vitro inaudito etiam postea

8000. Sm.  
mii.

Theatrum

generi luxuriae. Summa tabulis inaugatis columnis,  
tunc dodecadragesimum pedum. Signa area inter  
columnas fuerunt tria millia numero, uerum longe  
minus fuit quod C. cario ligno fecit, is, qui bello ce-  
nit in cesarianis partibus obiit, funebri patris mune-  
re Cum opibus superare non posset scaurum. neque  
apparatu ingenio illi uentilum fuit. Itaq; theatra duo  
fecit amplissima ligno uicina, cardinum singulorum  
uer satili suspensa libramento, in quibus utrisq; ante-  
meridiano ludoru[m] spectaculo edito inter se auersis,  
ne in aicem obstreperent scena, excepente circumfa-  
ctis ut contrastarent, postea iam die descendenti-  
bus tabulis, ex cornibus interficeantibus faciebat  
amphitheatrum, ex gladiatorum spectacula edebat,  
autoratum populum Romanum circumferens. Mi-  
ratur Plinius populum terrarum mictorem, et totius  
domitorem orbis, qua gentes, et regna dirigeret, iu-  
ra externis mitteret, in machina p[ro]cedentem, et ad pe-  
riculum suum plaudentem. Sed ut ad theatra redeau-  
mus, primum omnium, qua fabrica essent extructa,  
Pompeii fuit opus, ut diutius duraret. Id uero paudo.  
ante dicebamus. Quare cum à senata reprehensum  
Tacitus scribit, quod perpetuum theatrum edificas-  
set. Nihilominus ille hac ratione ingenti sumptui oc-  
currit, quam singulis annis fieri necessere erat nouis ex-  
truendis. XL. millium hominum hoc theatrum ca-  
pax erat, siccirco cum Nero nonnullis grauisimis ma-  
ximisq; ex Germania uiris Romanum populum ostē-  
dere instituisset, eos ad hoc theatrum duxit cum mul-

DE ANTIQ: VRBIS ROMAE  
titudine hominum refertissimum esset. Hoc theatru  
sgni corruptum. C. Caligula instaurauit. Nero ante  
una tantum die totum inaurauit, ut magnificenter  
Tirridatem Brminie Regem accepereat. Cu xero pe  
ne consumptum uelustate esset, Theodosius Gotha  
rum rex restituuit. In Pompei theatro ueneris uictoris  
eis templum fuisse volant. In crux dedicatione, qua  
fuit Pompeio iterum consul, uiginti Elephantes  
in circo inter se pugnantes commisericant. Nostra et a  
te cum post templum diue Mari cognomēto in grat  
ia excauaretur, marmor cum bac inscriptione, scili  
cer. VENERIS MCFRICIS, repertum est. Ad  
idem theatrum fortuē Equestris quoq; fuisse tem  
plum uolūt, nam iuxta faxem theatrum locauit Vi  
triuus, quasi hoc solum, cum ē tapide factum esset,  
sic appellari deberet. Scribit Luius Fulvium Flaccū  
Equestri Fortune nobilissimum templum condidisse,  
ut uero tegulis illud cooperiret marmoreis, ut insi  
gne opus perficeret, in Calabriam profectus dimidiū  
templi Iunonis Latiniæ detexit, quod fatis putauit,  
ad negotium suum absoluendum. Blondus tradit cū  
sua etate ad sanctum Laurentium in Damaso exta  
uarent, ingentia effossa marmora, in quibus unum cū  
his uerbis inuentum est. GENIVM THEATRI  
POMPEIANI. In uita uero Damasi pontificis be  
ginus, eum iuxta Pompeij theatrum diui Laurentij  
templum posuisse, quod ex conditore nomen accepit.  
Prope hoc theatrum senatus decreuit Tyberio Cesa  
ri Arcum ex marmore erigendum, quod opus cum

Interpositum fuisse, à Claudio absolutum ferunt. Li-  
uius narrat C. Cæsarem in campo Martio Iouī Co-  
lossum XXX. cubitorum dicasse, qui cum theatro  
Pompeij proximus esset pompeianus dictus est. Ce-  
lebriora theatra Romæ tria numero fuere, pōpeij,  
Marcelli, ex quod cohortatione Augusti qui ornatis  
simam urbem Romā optabat, Cornelius Balbus edi-  
ficauit. Huius nemo est, qui rationem ullam afferre  
possit, quo loco fuisse, quidam tamen inter Pan-  
theon, ac theatrum Pompeij, circumque Flami-  
num fuisse credidere.

De Curia, ac porticu Pōpeij, de porticu Octa-  
vij ac de campo flora. Cap. XXV.

Pompeij Curia ante eius Theatrum fuit. Ut n.  
Plutarchus tradit, nihil fuit aliud quam pulcher  
rimū palatiū, quod iuxta ipsum theatru condiderat.  
In eo Cæsar à coniuratis necatus est, autore Suetonio.  
Hanc curiam atrium habuisse uolunt, (fuit autē post  
ursinorum palatium, unde adhuc uulgo sutrium uo-  
cant) præterea nobilissimam porticum, huicq; centiū  
ingentes fuisse columnas ordine longo dispositas. In  
hac Antiphilus ut ait Plinius, Europam pinxit, Cad-  
mumq;. Hæc autem omnia Pompeij monumenta Phi-  
lippi Imperatoris tempore fuisse legimus, qui Gor-  
diano successit, eaq; omnia igni fortuitu correpta om-  
nino interisse. Inter Pompeij theatrum, atq; Cir-  
cum Flaminium porticus fuit uetustissima, duplex, in

P iiij

Casan Vbi neu-  
tus.

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

primisq; singulari pulchritudine ab eo Cn. octauio,  
quide per se Rege triumphavit, unde etiā ex ipsius  
nomine octauij porticus dicta fuit, extorta fertur.  
hanc ipsam porticum corynthiam quoq; quod ex co-  
rynthio opere æreæ columnæ essent, Plinius appella-  
tam scribit. Vnde quidam ibi fuisse censem, ubi nūc  
D. Nicolai cognomento in calcaria, quoniam æs  
xanthor vocant græci, hoc templum igne consumptum  
Augustas refecit. Campum uero Floræ, sicut etiam  
hodie nominant, qui hic est ubi hæc quondam fuere  
loca, à Flora nomem duxisse, quam Pompeius uebe-  
menter dilexit, memorant. Ad Iudorum forū por-  
ticus diruta est, hodie Ceuram vocant. Seueri fuisse  
dicunt. Sed præter uulgarem opinionem ac famam,  
nihil certi est. Sed iam flumen traiiciendum, ut de ijs  
locis effronamus, quæ in altera pte fuere. Principio  
de tyberi, postea de suis pontibus dicemus.

Pomp. floran  
mūcī-

117

# DE ANTIQ VITA<sup>•</sup>

## TIBVS R.O. LIBER Q.VIN TVS.

De Tyberi.

Cap. I.



Yberi ab albo colore aque Albula inditum est nomen antiquitus. Deinde à Tyberi duce tuscorum fortissimo Tyberim dixerunt. Huc ferunt ad huius fluminis ripas ali quando maximis latrocinijs loca ea infestasse. Alij uolunt, eos qui de Sicilia uenerunt, Tyberim appellasse ad similitudinem fosse Siracusanæ, quam, quoniam cōtumelijis, iniurijsq; hostium fecere Tyberim, uocauere, quod eorum lingua incuriam contumeliamq; significant. Liuius à Tyberino Albano rege nominatum putat, Rumonem aliquando agnouere, à rīpis ruminandis, hoc est rodendis sua aqua. Nascitur autore Plinio in Apenino parum ab Arno distans, tenui riuo principe fluit, postea ualde augetur XLII. in eum flumini bus influentibus, in ijs Nar, atq; Anio numerantur, ceteris maiores. Tusciam ab umbria, quam bode dicatum Spoletanum uocant dirimit. Inferius deinde eādem Tusciam à sabinis diuidit supra urbem XIII. millibus passuum, Veientes. Primū separat à Crustinis, postea à Fidenatisbus. Demum cum Vaticanū à latio diuisit, inferiori parte Romæ lubitur, et huic

*Tyberis albus*

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
ius cornū in Tyrrhenum mare influat. Unde ingētes  
uariarū mercium naues etiam prope urbis mœnia  
perueniunt. A septētrionibus in urbem ingredītur.  
A meridie exit. Sæpe adeo inundationibus aggeres  
excessit, ut maxima detrimenta urbi attulerit nō mo=  
do priscis temporibus, sed recenti etiam memoria.  
Plinius id accidere scribit tanquam urbis portetum,  
ac futuri mali præfigum, non ut damnum inferat.  
Antiquitus usq; ad palatinum effusus stagnabat. Eius  
Aluem Tarquinius priscus direxit. Hūc M. Agrip=pa longo post tempore imitatus est. Saxorum. n. in=gentibus molibus in fluminis ripis oppositis, undarū  
impetu copercuit. Ipsum uero aluem Augustus pur=gauit, ampliavitq; cum ruderibus, uariaq; ædificio=rum materia, quae ad ipsius ripas concidissent ita re=pletus esset, ut factus angustior fuerit. Aurelianus.  
tandem ad utrāq; partem munitissimum murum ex la=terito duxit, unde aluem munivit, hoc autem ex qui=busdā uestigijs adhuc cognosci pot, prope huius flu=mini ripas, tāquā sacrae essent, ædificare nefas fuit.  
Ancus Martius omnium primus propius ripas naua=le posuit. Is similiter Hostiam ad Tyberim condidit:  
priusquam in mare influat, hanc cum saraceni euer=tiffissent, Leo IIII. Pont. refectā à Corsicis coli uoluit.  
Martinus postea. V. propugnaculum fecit, quod Iu=lius. II. urbis circuitu coarctato una cum mœnibus  
instaurauit. Leo IIII. ut primo libro est expositū iux=ta portam Ripe duas turres erexit, ut saraceni Tybe=ri probiberentur, cum antea incurSIONIBUS, ac con=

Migratōnibus D. Petrum uexare soliti essent; Hanc  
alteram alia fluminis parte adhuc stare uideamus; al-  
tera ad Auentini radices erat, huius fluminis totius,  
tum riparum, tum aluei prefectos habuere ueteres;  
quibus borū cura precipue tradita erat, id autem ex  
monumento, quod ad sancti Angeli pontem eſſe  
sum est, probatur. Huiusmodi n. est.

EX AVCTORITATE IMP. CAESARIS VBRASIANI AVG. P.M. TRIB. POT. INI. IMP.  
EX P.P. COS. III. CENSOR CAIVS CALPE-  
TANVS RANTIVS Q. VIRINALIS VALE-  
RIVS CESTIVS CVRATOR RIPARVM  
ET ALVEI TYBERIS TERMINAVIT  
R.R. PROXICIP. P. CLXXIII. Idem inde  
satur, duabus inscriptionibus, quas secundo libro re-  
censuimus cum de cloacis mentionem haberemus, quo-  
rum altera nunc ante templum D. Marie tran-  
spontine conficitur.

De pontibus Tyberis, primum autem  
de sublio. Cap. II.

**T**yberis pontes VIII. fuere, hodie sex tantum na-  
merantur, duobus consumptis. Omnes autē subli-  
cio excepto à Totila fuisse deiectos uolunt. Primus  
omnium sublius fuit. Iccirco ab eo initium sume-  
mus. Anus Martius cum Ianiculum urbe comple-  
teretur, ne in hostium manus aliquando ueniret, in  
flumine pontem fecit, ut ab una ad alteram ripam cā-

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

modus esset accessus, non n. butus modi flumen est, ut  
tuto vadari posset. Lignum hunc ponte sine ullo clau-  
uo ferreo construxit. Ut trabes sine fulturis eximuntur.  
Iccireo sublicium uocatum ferunt. Lingua a. n.  
uolfsca sublicat trabes validas appellant, quamuis ex  
trabibus ex ilice factis compositum quidam putant.  
Hunc potem singulari animi ex corporis robore Ho-  
tatus Coles aduersus Etruscos tenuit, quo usq; acer-  
go Romani interrupissent, is uero natans, ad ripam  
summo animo peruenit. Quare Plinius tradit, quo  
iam tunc non sine magna difficultate reuulsus est;  
ita ipsum accommodarunt, ut facile euelli, ac reponi  
posset, bunc lapideum postea fecit Aemilius lepidus,  
unde pontem Aemilium uel Lepidum appellavit. Cum  
postea impetu fluminis disiectus esset, Tyberius Ces-  
sar restituit, mox Antoninus pius marmoreum fecit.  
Quare etiam nunc Marmoratum uocant; huc tem-  
pore dirutus quidem est, sed in medio flamine usque  
gia apparent non longe a ripa, ad Auentini. n. usq;  
radices extendebatur. Ferunt qua tempestate Hercu-  
les in Italiam boues egit, ubi sublicius fuit, fecisse po-  
tem, quo tunc usus est, sacrumq; appellatum. Plutar-  
chus tamen scribit ante Hercules aduentum ibi pon-  
tem, fuisse, cum in problematis querit, quid sit quod  
May mense circa plenilunium de ponte sublico simu-  
lacra in Tyberim iacentes, argeos, que deiiciuntur  
appellant. Quem morem natum fortasse scribit, qd  
antiquis temporibus barbari ea loca incolentes Gra-  
cos quos cuperant, eo pacto interficerent, Argeos, n.

*sive Argios omnes grecos uocabant ueteres, Hera  
culam uero postea admirati, ab hospitum, ex extera  
norunt cede abstituerunt, docti ab eodem ut ueterem  
morem, ac superstitionem imitantes, effigies in flumē  
abijerent, quas ex herbis, ex iuncis, similibusq; com-  
ponere docuit. Supra sublicium Heliogabali corpus  
in Tyberim proiectum ingenti saxo alligatum, ut in  
imo consideret, atq; sepultura careret, memorat. Se  
mea autor est ad hunc pontem magnam pauper-  
rum Copiam elemosinam petentium uersari suo  
tempore solitam.*

De ponte D. Marie

Cap. III.

**V**erbis crescente, cum non satis esset sublicius for-  
lus, aliis est edificatus superiori loco, ab Insula  
uero non procul, palatinum quod palatino monte  
proximus esset, dixere, senatorum etiam pons est ap-  
pellatus. Per huc iter erat, ut hodie quoq; ad portam  
Aureliam, qua ad Etruria Maritima progredieba-  
tur. Huius pontis columnas à M. Fulvio fundatas uo-  
lunt. Sequenti uero tempore P. scipionis, ac L.  
Mummij cura, ac uisu arcum superinductum. Ho-  
die sanctæ Marie, ab ipsius templo uicino, nomi-  
nant, sub bunc pontem per iactum lapidis Cloaca  
Maxima fordes demittebat. Sed priusquam ad re-  
liquos pontes accedamus, quoniam Insulam cum ci-  
uitate coniungunt, de ea dicendum.

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
De insula Tyberis cum omnibus que in ea fuere.  
de duobus pontibus, quibus cum urbe ac trans-  
styberi coniungitur. Cap. IIII.

*Aesculapij*

**T**Arquinij electis, omnia eorum bona prosciri-  
psere Romani. Et cum Marti agrū consecra-  
rent, qui extra urbem esset, quem ideo Martium dixa-  
re, desectam segetem magna ui hominum intyberim  
fudere tanquam deuotam, atq; execrabilem, quare,  
quoniam tenui aqua amnis flueret magnis caloribus,  
facile in limo frumenti acerui hædere. Accidit autē  
ut paulatim insula alijs, que temere flumen ferre-  
bat, facta sit. Postea credunt additas moles, manuq;  
adiutam ut tam eminens area, firmaq; templis, ac por-  
ticibus ut etiam hac ætate, sustinendis esset. Iouis Ly-  
caonij olim uocata est, ab huus dei templo, quod bic  
fuisse, Aesculapij templo proximum, credunt, ibiq;  
precipue fuisse, ubi D. Ioannis baptistæ famum est. In  
hac n. insula tria fuere templa illustria, Iouis, Aescu-  
lapij, ac Fauni. Verū ob Aesculapij simulacrum, quod  
serpentis figura fuit, atq; ab Epidauro sybillinorū lin-  
borum monitu traductum est, Aesculapio omnē in-  
filam consecrarunt. In nauis uero memoria, qua ser-  
pens inuestus est, ex Marmore Tasto nauis facta est,  
ex una parte serpentis, habens simulacrum. Quartā  
milliarij partem insula longitudine continet. Passus  
quinquaginta latitudine, triremis formam habet. In  
cuius prora marmorea nauis, de qua mōs dicebamus,  
conspicitur. Aesculapij quidem tēplum, quod in bac

fait insula, ibi conditum est, ubi D. Bartholomei tem-  
plum uidemus, aliqui in huius templi quod Gelasius.  
II. condidit, aut instauravit, hortis posuere. Quoniam  
nemo huic deo medicinā antiquitas tribuit, prope ho-  
spitale infirmis curandis constituere, imo egrotan-  
tes cum summa religione; ac fide in insulam tāquam  
sacram ad illum deum, qui salutis esset autor, fere-  
bant. Accepimus plerosq; hic seruos male affectos à  
dominis ferri iussos, quorum gubernandorum cum  
fastidium diutius sustinere nō potuissent, atq; ideo cū  
ab ijs se subduxissent, à Claudio Imperatore liberta-  
tem recepisse. Ad Aesculapij templum, aedes fuit Io-  
nis, quam superius demonstrauimus à L. Furio Pur-  
purione consule condita atque à C. Seruilio dica-  
ta. In insule prora Faunus habuit templum, cuius  
modica sunt vestigia, id flumine Corrodente paula-  
tim interiit. Liuius Cn. domitium, ac C. scribonium  
Aediles ex multatatio argento faciundum locasse.  
In hac insula Suetonius scribit C. Caesaris fuisse sta-  
tuā, eamq; quodam die sereno ab occidente ad orientē  
se fese conuertisse. Duobus pontibus et cum urbe, et  
cum Ianiculo coniungitur. Is, qui attingit, quatuor,  
capitum pons dicitur, à quatuor capitibus aut simu-  
lacrīs quadrifrontibus, quae pontem à sinistra ascen-  
dentibus fese offerunt. Hęc autem ex marmore sunt,  
Ianiq; putuntur effigies fuisse. Fabricium ueteres di-  
xere, quod eius confreuendi Fabricius prefectus esset  
quad. ex inscriptione constat, quae in ipsius pontis ar-  
cu adhuc legitur. L. FABRICIVS. C. F. CVB.

S. T. Spitalē Salu-  
tis =

Statua mizu mo-  
do conuerza.

**DE ANTIQ. VRBIS ROMÆ  
VIAR. FACIVNDVM CV R AVIT  
IDEMQ VE PROBAVIT. Q. LEPIDV M.  
F. LOLLIUS M. F. COSS. S.C. PROBAVE-  
RVNT. Alter pons, qui Vrbem cum regione tran-  
styberina iungit, Cestius est dictus, nunc à D. Bartho-  
lamei templo, ibi uicino, sancti Bartolomei pôtem  
dicunt. A Valentiniano aliquando atq; à Valente,  
tū à Gratiano Imperatoribus, ut ex titulo, qui à dex-  
tra, ac sinistra legitur, apparet, instauratū legimus.  
Is huiusmodi est. DOMINI NOSTRI IMPE-  
RATORES CAESARES. FL. VALENTINIA-  
NVS PIVS FOELIX, MAX. VICTOR AC  
TRIVMF. SEMPER AVG. PONTIF. MAXI-  
MVS GERMANIC. MAX. ALAMANN.  
MAX. FRANC. MAX. GOTHIC. MAX.  
TRIB. POT. VII. IMP. VI. COS. II. PPP. ET. FL.  
VALENS PIVS FOELIX MAX. VICTOR  
AC TRIVMF. SEMPER AVG. PONTIF.  
MAX. GERMANICVS. MAX. GOTHIC.  
MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VI. COS. II. P. P. P.  
ET. FL. GRATIANVS PIVS FOELIX MAX.  
VICTOR AC TRIVMF. SEMPER AVG.  
PONTIF. MAX. GERMANIC. MAX. ALA-  
MANN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC.  
MAX. TRIB. POT. III. IMP. II. COS. PRIMVM  
P. P. P. PONTEM FOELICIS NOMINIS GRA-  
TIANI IN VSVM SENATVS, AC POPU-  
LI ROM. CONSTITVI DE DICARI.  
Q VE IVSSERVNT.**

*De ponte*

De ponte sexto de triumphali, de ponte castel  
liac de ponte molli. Cap. V.

p. 374 v. 17

**Q**vi sequitur pons post insulam, quiq; extremus  
in urbis veteri circuitum ascitus est, à Janiculo  
Janiculensis appellatus est. Quod proximus esset. An  
velium etiam nominauere uel à via, uel à porta Aus-  
tria. Qua ad pontem ibatur. Marmoreum uolunt ab  
Antonino pio factum, cumq; ciuilibus bellis disiectus  
esset, diu pons ruptus dictus est. Hodie pontem Six-  
tum à sexto IIII. Pont. à quo post tot secula in eum  
cultum, quem uidemus reuocatus est. Priusquam ad  
pontem castelli perueniamus ē regione hospitalis san-  
ti spiritus uetustissimi pontis uestigia reperiuntur,  
quem, ut etiam primo libro meminimus, triumpha-  
le nominauere, quod per eum Imperatores trium-  
phantes transirent. Vaticanus item est dictus, quod  
per illum in uaticanum collem iter esset. Si Iulius II.  
Pont. diutius uixisset, proculdubio instaurasset ut cū  
nia sua Iulia, ut saepe dicere solebat, coniungeret. Fou-  
runt eo nobiles tantum, ac claro loco uatos usos, ru-  
storum aut generi nequaquam id licuisse. Pontē ua-  
ro, quem hodie sancti Angeli uulgo uocant, ab arce  
sancte Angeli cum qua coniunctus est, olim Aeliū ap-  
pellauere, ab Aelio Adriano conditore, quod fortas-  
se ideo struxit, ut per illum superbissimum eius sepul-  
chrum in altera flaminis, ripa positum comuode ad-  
ri posset. M. CCCCL. cum Iubileum celebraretur,  
ea fuit multitudo ex fidario reverentium, ut cum in-

Q

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
mulum incidisset, neq; undiq; turba premente aut re-  
tro pedem referre, aut ulterius progrexi posset, in-  
numeri perierint. partim Eorum pedibus calcati.  
atq; oppressi, partim quoniam e ponte in flumen ca-  
dentes mersi sunt, itaq; eorum causa binie cellulae,  
que in primo pontis ascensu uidemus, factae sunt.  
Hunc Nicolaus V. Pont. domunculis quibusdam sub-  
motis ampliorem reddidit. Hunc imitatus Alexan-  
der VI. angustissima quadam porta sublata, que in  
extrema pontis parte esset, iuxta arcem longe latior-  
rem fecit, portam longius translulit, maioremq; prio-  
risieri curauit. Ultimus pons, qui supra urbem duos  
bus fere millibus passuum ad viā Flaminiam est, uer-  
teribus Miluius fuit. Hodie corrupte Mollem nun-  
cupant. Ab eo M. scauro conditum uolunt, qui tem-  
poribus Syllae fuit. sape disiectus est. Et sape antiquis  
fundamentis non mutatis, refectus est. In hac ponte  
Allobroges cum literis, quas ad Catilinam ferebant,  
Capti sunt. Quare coniuratio palam detecta est. Ad  
eundem pontem Constantinus Maxentium hostē tym-  
panūq; supauit, unde eius magica, qua superior euide-  
sperabat, elusus est. Sed ad alterā ripā trāscamus.

Miluius pons.  
De transyberi, de templo Ravennatum, &c.  
de sepulcro Numæ. Cap. VI.

Tota illa urbis pars, que cum Ianiculo murs ab  
Anco Martio cincta est, transyberina, quo-  
niam transyberim esset, appellata est. Ianiculum pre-

strea à colle eiusdem nominis dicta est. Qui historiæ  
Martyrum scripsere Rauennatum, etiam urbem no-  
minatam narrant. Cum n. Augustus post Antonij, ac  
Cleopatrae victoriam duas instructissimas Clusses edid-  
ificasset, quarum alteram ad Missenum ad maria occi-  
dua, ac meridiana tuenda, alteram ad Rauennam ha-  
beret, ut ea orientis atq; egypti rebus præsto esse pos-  
set, Rauennatum copijs domicilio transTyberinam re-  
gionem assignauit, unde Rauennatum ciuitas est ap-  
pellata. Vbi Rauennatum fuit templum, ac diuerso-  
rie tabernæ, Calistus pont. I. pulcherrimum templum  
D. Mariae transTyberim posuit, in hoc Augusti tem-  
pore olei fons scaturiens totum diem ad tyberim us-  
que perenne, copioseq; defluxit. Quoniam autem ad  
austrum hæc regio exposita est, infamis fuit cælo pe-  
stilentii, atq; iceirco minus fuit frequens cultoribus  
nobilibus, ideo accidit quod minus antiquis rebus in-  
signibus abuudauit. Hodie quidem prope tyberim,  
portamq; septimianam celebris est. Reliqua pars ar-  
busta tantum, atq; hortos habet. Collem Ianiculum uoc-  
cauere siue quod Janus cum incoluerit, siue quod in  
eo sepaltus fuerit. Siue quod per illum populus roma-  
nus in agrum Etruscum træsire cepit, nihil aut aliud  
significare Janum putarunt, quā ire, aut prodire. Nec  
vero illud tantum Ianiculum est dictum, quod muri  
einctum est, nam ad sancti spiritus etiam hospitale,  
atq; ad eam uallem in qua figurorum sunt fornaces,  
ubi uaticani principium est, extenditur. Verum de ea  
regione dicimus, qua ab Anco martyrio muro cincta

olei fons.

Janiculus cur.

Q ij

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

est. Scribit Luius sub Ianiculo Numam Pompilium sepultum. Ac post. DXXX. ann. in agro L. Petilius scribae sub Ianiculo ipso dum cultores agri altius molirentur terram, duis lapideas arcas octonus fermè Pedes longas, quaternos latas inuentas esse e perculis plumbo deuinctis, literis latinis, grecisq; utrancq; arcam inscriptam, in altera Numam Pompilium Romanorum regem esse sepultū. In altera libros Numae pontificij fuisse, eas arcas cum ex amicorum sententia dominus aperuisset, quæ titulum Regis babuerat, inanem inuictam, sine ullo uestigio corporis humani. Aut per tabem tot annorū omnibus consumptis, in altera duos fasces candelis inuolutos septenos habuisse libros non integrō modo, sed specie recentissimā, septem latinos de Iure pontificio fuisse, septem grecos de disciplina sapientiae, quæ illius etatis esse potuit, postea cum summan eorum Q. Petilius prætor legisset, et plebraq; animaduertisset dissoluendarum religionum fasce, libros in comitio igni à uictimariis facto in conpectu populi crematos fuisse.

De horis, De Naumachia. C. Cesare  
de aqua Alsietina. Cap. VII.

Svetonius tradit. C. Cesare propetyberim horum habuisse, quo postea loco Tyberius fortis fortunæ templum posuit, quod in transyberina regione fuisse uolunt non longe ab Iudeorum campo eundem Cesarem, ferunt Naumachiam sub urbis mite

Scopulatum  
ad libri Numeri

nia contra D. Cosmi templum constituisse. Alij tamē Augusto tribuunt Frontini autoritate adducti, qui mirari se scribit rationemq; ignorare, quamobrem Augustus alioqui prudentissimus Alstetinam aquā, que postea ab eius nomine Augusta dicta est, mali saporis, nulliusq; proinde usus in urbem induxit. Ni si fortasse ideo perduxit, ut illa in Naumachia uteretur, reliquam uero irrigādis hortis. impertiret. Hęc aqua prope Claudiam uiam e lacu Alstetino deriuatur, aqueductibus autem in urbem perducet batur, qui suis flexibus ad XX prope millia passuum exten debatur. Nam ut Frontinus scribit tā collum, ac ualuum obicibus, quam quod ita inflexa melior reddebatur aqua longo ac sinuoso circuitu atq; anfractu aqueductus minime uero recto ductu dirigebantur. In hac Naumachia ipsa de qua sermo est, aqueductus etiā pedibus tribus à terra distans conspicitur, mox deficit, ac se occultat, atq; ad sanctam Mariam transtyberim huiusmodi aquam ducit, usibus autem atq; priuatis ac publicis inseruit. Adrianus. I. pont. dicitur banc aquam, quę iam interierat, reuocasse.

De thermis scueri, Aurelianī, de pratī Mutijs  
deg;ceteris antiquis locis, ac recentiorib;  
ribus qui uel fuere, uel hodie sunt  
trans tyberim. Cap. VIII.

T Rās Tyberim ab Imperatore Seuero thermas  
fuisse aedificatas Spārtianus est autor, ab eoq;  
Seuerianas dictas. Aurelianū item suā, ut aiūt, quā

Q iiij

# DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

bus per hyemem utebatur, extruxit, Putant quēdam in Iudeorum campo fuisse, ubi quādam uetus  
stīsima adfīcitorū uestigia uidentur. Iuxta Naua-  
le Ripæ prata fuere Mutia. Tantum autem agri id  
fuit, quod ad Mutij Sceuole singularēm constantiam  
ornandam in patriæ salute, donarunt. Transtyber-  
im fundus p̄tērēa fuit cū Albion erat nōmen, à  
luto Albionum sibi proximo, in quo bouem albā sac-  
rifīcari mōs fuit. Hic triōnal Aurelianum consti-  
tuere, ex quo ferunt uiam Aureliam initium duxi-  
ſe, ea autem per portam Pancratianam exhibat. Hic  
ad ripam Tyberis accepimus p̄scatoribus fuisse mo-  
rem, ut suos ludos celebrarent. In colle uero Statiūna  
Poetam sepultum legimus, Martialis tradit quendā  
alium Martiale in Ianiculi dorso pulcherrimos hor-  
tos in lōgum directos habuisse. Numē in cliuo collis,  
qui magis tyberi iniminet D. Honofrij templum est,  
quem Regis persarum filium tradunt, in colle uero  
D. Petri Montorij fanum, fratres D. Francisci locis  
colunt. Aureum autem hunc collem ideo uocatum uo-  
lunt (nam ex monte aureo Montorium postea reddi-  
dere) quod ibi harena antea, quā scripta inspergun-  
tur, eruitur. Iuxta D. Mariæ transtyberim templum  
est D. Chrisogoni Martyris admodum conspicuum.  
Cæciliæ item quod Pasqualis II. posuit, pulcherri-  
mumq; D. Cosmi Cænobium à Sixto, IIII. Pont. cre-  
atum, hoc semper centum uestales singulari probita-  
te, ac religione, ac uitæ seuerissimo genere infi-  
gues, sed maiori ex parte honesto loco natæ, Con-

Statijs sepulc.

montorium.  
C. monte aureo

sunt. Ad campum item Iudeorum D. Francisci tem-  
plum, ac monasterium est.

De Colle uaticani, de circo, de Naumachia Ne-  
rōnis de obelisco uaticani. Cap. IX.

**V**aticano excepto ad absoluendam prouinciam  
urbis Rome describendae, nihil reliquum fore  
uidetur, Itaq; dicndam est collem campumq; uaticana-  
ni, lociq; ipsius Deū, à uaticinijs, que ibi eius dei uir-  
tute fierent, accepisse nomen. Varro tradit eum esse *Vaticanus Deus*  
Vaticanum deum, qui prime uocis hominibus autor  
est. Quam obrem obseruatum est cum primum infan-  
tes in lucem editi sunt, primam syllabam huius dei no-  
minis uagiendo emittere. Iccirco in uertice collis uati-  
cani dei fuisse templum Sextus Pompeius loco id  
nominis tribuit. Quod uatu monitis Romani tuscos  
eieccissent. Ea parte, que colitur longe extenditur col-  
lis, & fere ad pontem mollem peruenit. Vallis que in  
ter collem ipsum est, atq; flumen uaticanam, sive uati-  
canum campum nominauere. Locus hic, ut etiam pri-  
mo libro demonstratum est, à Leone IIII. Pont. mu-  
ris est septus Quare urbem Leoninam idem appella-  
uit. Eodemmet loco, ut etiam est dictu, via, atq; ager  
triumphalis fuit. Tacitus narrat septum à Nerone  
factum ad equos domandos, atq; exercendos, ibique  
aurigæ specie plebe mixtu circenses ludos celebrasse.  
Hortos uero quos hoc loco habuit ad uarie torquen-  
dos Christianos tribuisse, ut suam ipsius crudelitatem

Q. iij

*Leonina vrbis.*

## DE ANTIQ. VRBIS ROMAE

degeret, cum usimulasset eos ignis quem ille accendeva-  
rat autores, quo quidem igne urbs concremata fit, sibi  
gnum præterea nauale instituisse tradunt, nauma-  
chiamq; appellatum. In quo nauales ludos iuxta col-  
lem, unde nunc ad portam pertusam iter est, ederet.  
Iccirco in D. Petri uita legimus tēplum sibi ad Nau-  
machiam fuisse possum. Similq; Hospitale, quod  
Leo III. Pontifex erexit ē regione sancti Andree, ac  
petronille, idecq; Naumachie hospitale appellaue-  
runt. Vaticani obeliscum Plinus in Neronis circa lo-  
cat. Hic unus ex tot, qui fuere Rome, stat. Ad san-  
ctum Petrum in via triumphali creditus est. Memorat  
Plinus ea nave, qua ex Alexandria obeliscum in-  
duxit nibil admirabilius in mari uisum certum esse,  
**CXXXM.** modium lantis pro faburra ei fuisse, era-  
boris autem illius crastitudinem quatuor ultas bomi-  
num complectentium implesse. Hac nauis demersa  
est à Claudio principe tunc, cum in tyberis faucibus  
portum fundare proposuit. Vbi latior est is obeli-  
scus **IX.** pedes aquat. Pilam inauratam habet fasti-  
gium, in qua Cœsaris esse cinceres uulgos existimat.  
Hodie D. Petri Agugliam vocant, ob eius tem-  
plum ibi uicinum. Duas habet inscriptiones.

**DIVO CAESARI DIVI IVLII F. AVGUSTO  
ET T. CAES. DIVI AVG. F. AVG. SACRVM.**

De templo Apollinis, ac Martis, de tēplo diui Petri,  
deq; operiōis antiquis, que in eo loco uisuntur,  
quem uulgo Belvedere appellant. Cap. X.

Nauis -

Cœsaris cineres

Tu uaticano, ut ait Plinius, urbe uetusior illex fuit.  
 In qua titulus æreis literis betruscis religione ar-  
 borem iam tunc dignam fuisse significabat. Hic Apol-  
 linu templum erectum uolunt, ibiq; fuit, ubi nunc est  
 D. petronillæ fanum. Sic Martis templum fuisse di-  
 cunt, in via triumphali, ubi D. Mariæ febrium est te-  
 plum. Magnus Constantinus à fundamentis nobilissi-  
 mam D. Petri ædem construxit, aiuntq; in gratiā atq;  
 honorem XII. apostolorum XII. corbes terre hu-  
 meris sustulisse in fundamentis iaciendis. Honorius  
 pōt. I. tegulis inauratis totū tectū tēpli ornauit, eas au-  
 tem ex capitolio, quo d. Q. Catulus ut iam ante dictū  
 est, contexerat, sumpsit. Hodie ferunt nonnullas etiā  
 in eo templo spectari. Naiculæ fluctuantis pictura  
 ex opere museato facta Giotti Florentini artificis  
 nobilissimi opus fuisse dicitur. Huius templi fores  
 antea argēteas in æreas Eugenius Pontifex. IIII. mu-  
 tavit, in illisq; nationes scalpi iuſbit, quas ipſe Eccle-  
 siæ Romanae conciliauerat, quemadmodum Arme-  
 nios, Gracos, Aethiopas, Iacobinos, atq; alios. In eom  
 dem templo pomū pineum ex ære singulari craſtitu-  
 dine uidemus habens æreos pauones satis elegantes,  
 quod ex ornamentis sepulcri Scipionum fuisse uo-  
 lunt. In hoc templo sanctissimum est sudarium, cuspis  
 hastæ, quæ Christo pectus aperuit, D. Andree Ca-  
 put. Simeonis ac Iude corpora atq; innumerabiles  
 prope aliæ reliquæ. Due pares statuae, æreæ D. Pe-  
 tri, quarum alteram nonnulli uolunt. Iouis capitoli-  
 ni fuisse. Canonicorum cella Sixti. IIII. Pont. seput

Ecclasiæ conciliati-

Reliquia -

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
ehrum arecum habet. Adeo superbe, atq; artificiose  
elaboratum, ut cum antiquis monumentis conferri  
posset, sed quis unquam modum inuenire posset, eorum  
omnium, quæ in D. Petri templo spectantur: paucis  
ab hinc annis in cella Gallie Regis, quæ in D. Petri est  
cum eam formam ædificando sequentur, quam Iu-  
lius II. Pont. proposuerat, excauando marmorea ar-  
ea inuenta est, quam, ut ex ijs, quæ in ea reperta sunt,  
perspicue constat sepulcrum fuisse Mariae Honorij  
Imperatoris coniugis. Cadaveris illius nihil reliquum  
erat dentibus, comis, tibijsq; exceptis, ex ueste autem,  
quoniam auro intertexta esset, multæ auri librae du-  
i in ignem esset posita, exceptæ sunt. Capsula argen-  
tea pedis, ac dimidiij longitudine, palmi unius altitu-  
dine, multaq; insuper uasa chrysallina, atq; ex mate-  
ria, quam Agatham uocant summa arte perfecta in-  
uenta sunt. annuli XL. aurei preterea uarijs ornati  
gemmae reperti. In ijs smaragdus caput habens inci-  
sum. Honorij putatur fuisse. Ac quingentorum Co-  
ronatorum aureorum estimatione. Accedebat bullæ  
gemmae intertexta bas literas circum continens  
**MARIA NOSTRA FLORENTISSIMA.**  
Laminula item aurea cū ijs uerbis græce scriptis. Mi-  
chael, Gabriel, Raphael, Vriel. Inter reliquias inau-  
res, monilia, ac similia ornamenta muliebria quæ in  
ea capsula inerant, quidam ceu nodus smaragdoru,.  
uariarumq; gemmarum fuit, atq; ex puro auro orna-  
mentum, quod rizzam uocant. Præterea palmi pro-  
pe longitudine ex uno latere bas notus habens,

ANCA MARNIO  
VCA ~

LIBER QVINTVS.  
DOMINO NOSTRO HONORIO. Ex atq;  
DOMINA NOSTRA MARIA. Sorex ex  
Cælidonia. Conchila insuper, ac patera ex christal-  
to. Aurea pila rotunda persimilis lusoriarum, que aper-  
iri facile poterat cum in duas partes esset, in nups  
morem diuisa. Aliæ gemme innumerabiles fere, que  
tametsi maiori ex parte uetus state corruptæ essent,  
nonnulla tamen quasi recentes, ac nouæ ueterem nū-  
torem seruabant. Simmachus. I. aut ut nonnulli uo-  
lunt; Nicolaus. III. huc loco pontificum palatiu[m] ex  
edificare coepit, quod postea tam superbis substru-  
ctionibus auctum est, sed omnes in eo ornando, atq;  
augendo Nicolaus. V. Sixtus III. atq; Innocentius  
superarient. Mulum in eo quidem Iulius II. ac Leo  
X. laborarunt. Iulius nisi morte esset impeditus am-  
plissima de eo Illustrando cogitarat. Hic cella est in-  
signis Michaelis Angeli opus cum antiquis nobilita-  
te certans. His edificijs mollissimos illos, ac deliciarij  
omnium plenos hortos, quo[s] à loci amoenitate, Bel-  
uedere uulgo appellant, coniuuxere. In ijs infinita ex-  
cellentissima opera ex marmore facta uarijs in locis Statis ex  
urbis reperta seruantur. Veluti Nili simulacrum, marmore.  
quod multitudo ranarum, lacertarum, aliarumq[ue] mihi  
torum generum animalium, que flumen illud fert,  
circumstat hoc marmor superioribus annis proper.  
sanctum Stephanum Caci cognomēto repertum est.  
Tyberis effigies cum Romulo atq; Remo infatibus;  
qui cum lupe manemis quasi garrire uidetur. Apollon-  
ius statua arcu[m] tenetis ac sagittis, Veneris parvus.

## DE ANTIQ. V R B I S R O M A E

Iam cupidinem intuentis. Cleopatra moriens ac p<sup>at</sup> latim deficiens. Laocon ille tā celebri nomine, ac eius filij serpentum nexibus miris modis vincti. Hoc uero totū opus ex solido marmore est. Plinius tradit eiusmodi esse, ut omnibus picturis, ac signis merito sit anteponendum. In Exqulijs inuentum est, iuxta thermae Titi, sive in ipstus palatio, in quo Plinius scribit suo tempore fuisse.

De sepulcro Adriani, de hospitali sancti Spiritus in Sasia. Cap. XI.

**A** Elius Adrianus Spartiano scribente iuxta Tyberim sepulcrum construxit, quod Monumentum, sive molem Adriani appellavit, nam cum Augusti Mausoleum iam plenum esset, sibi alijsq; successoribus principibus sepulturam parare voluit. In eo primus ille conditus dicitur, postea omnium Antoniorum, qui cum in Imperij dignitate fecuti sunt, cineres sunt repositae, ex multis id inscriptionibus factis constat. Scribit procopius primum extrinsecum circuitum huius edificij quadrata forma, atq; ex pario marmore extitisse, singulariq; et diligentia, et arte perfectum. In cuius circuitus medio narrat edificium rotundum, altissimumq; atq; adeo amplum fuisse, ut iactus lapidis ab uno ad aliud latus peruenire nō potuerit. Nūc ad arcis formā reduxere. Boni facius IX. primus omniū locum munire coepit, quē reliqui pontifices subsecuti sunt. Alexander uero VI.

fossis, propugnaculis, tormentis aneis, firmisq; praef*dijs* quasi inexpugnabilem fecit. Tunc n. cū D. Gengorius preces, quas letanias appellamus instituit, ex una cum sacerdotum ac populi multitudine cum pompa sanctum Petrum uisebat, in huius loci fastigio Angelus gladium cruentum in uagina condens, uifus est, quod fuit argumento deum mitigationis, conciliatumq; esse. Inde semper sancti Angeli nomine molles illa est nuncupata. Aliquando castellum Crescentij uocatus locus est, à Crescentio; qui eum occupauit, quo usq; ijs germanis fidēs, à quibus obsidebatur, ijs ademq; cum se credidisset, crudeliter necatus est. Per huius molis fastigia circum equorum ingentes statu*s dispositus* fuisse uolunt, item hominum, curruum mirabilis artificio factorum, eaq; omnia Gothorum bello partim integra, partim fracta, in hostē ab ijs deicata, qui presidio locum tenebant. Quo tempore Alexander VI. hunc locum munituit, dum altius excancerent, quedam capita, ac fragmenta istarum statuarū reperta sunt. Iuxta Tyberim in triumphali via sancti Spiritus in safia hospitale pulcherrimū conspicitur, quod Innocentius III. à fundamentis posuit, multis prouentibus additis ad infirmos, ad peregrinos, puerōq; eos sustinendos, quorum patres ignorarentur. Statutus eosdem prouentus auxit. In safia autem ideo cognominatus est locus à Germania populis saxonibus, qui locum aliquando coluerunt, totuſq; uicis saxonum nomine ideo est dictus. His uicis longobardorum via inneta est, sic ab illis populis eam hoc

Castell. S. angel.

DE ANTIQ: VRBIS ROMAE  
Signibus postquam Carolus Magnus eorum res-  
it Italia paccavit, appellata.

De aqua sabbatina, de Scipionis sepulcro de  
pratis Quintijs. Cap. XII.

Intra.  
**A**sabatino huc, quem hodie Anguillare lacū ap-  
pellant, in Vaticanum sabbatinalaqua influebat.  
Huius adbut extra D. Pancratij portam ruinosum  
quendam aqueductum confspici uolunt, banc ipsam  
aquam Adrianus. I. maximis impensis ad sanctum Pe-  
trum reduxit, cuius etiam nunc in circo zampilleri-  
nt vocant, fons est. Inter D. Petri templum, ac sanctā  
Angeli arcem in media ferē via ingens fuit edificiū  
pyramidis instar, aut mete habens, quam Alexander  
VI. Pontifex disiecit, atq; omnino sustulit uel ad iūā,  
que à palatio ad arcom duceret, ornandam, uel ut ab  
arcis confectu obstaculum illud amoveret, nā posse  
illud edificium militum cohors tuto se continere po-  
terat. Marmora brius à Dono. I. Pontifice ad D. Pe-  
tri atrium sternendum adhibita sunt. Sepulchrum sc̄i  
pionis Africani nonnulli fuisse uolunt. Acronis uer-  
bis adducti, is. n. tradit à Scipione carthagine supera-  
ta, rur susq; illis deficientibus, Romanos oráculo mo-  
nitos ut Scipioni sepulcrum constituerent, quod car-  
thaginem spectaret. Quare subdit eius cineres ē py-  
ramide, que in Vaticano erat, eductas, atq; in ipsum  
sepulcrum, quod exissent versus carthaginem fuis-  
se posse. Verum ut in primo dictum est in via Ap̄p̄.

¶ Scipionum fuit sepulcrum. Eius mete effigies,  
seu forma atq; una Arcis sancti angeli in arcis fori  
bus templi D. Petri incisam uidemus. In Vaticano ue  
to fuere prata Quintia, in eo quidem, quod à porta  
burgi, ut vulgo uocant, quæq; arcis inferiori loco in  
aperto campo posita est, egredienti occurrit. Ab ar  
ce parum absunt, hodieq; prata appellantur. Hunc  
quintij Cincinnati agrum, ut ait Plinius quatuor fuit  
modiorum, in eo colendo inuentum ferunt, cum di  
ctat: ure & sceptrum à senatu missum accepit. In hoc ip  
so campo, qui longe inter Tyberim, ac Vaticanum  
extenditur, ad quintia prata nonnulla antiqua ue  
stigia uidentur, ex quibus coniicitur circum, aut  
ippodromum fuisse.

agri Cincinnati

De XIII. urbis regionibus, et cuiam earū IX.  
aque in urbē induitæ inservirent. Cap. XIII.

**Q**uoniam cum de aquis mentionem facheremus,  
que in urbem receptæ erant, quot, quibus ue re  
gionibus unaqueq; inserviret, nonnulla attigimus, nō  
alienum uidetur que, quotq; illæ regiones essent pla  
nius indicare. Cōstat in XIII. regiones diuisam fui  
se urbem Romam. Id tametsi Plinij, atq; aliorum au  
toritate perspicuum sit, nihilominus inscriptionem  
libuit in eandem sententiam afferre, que in quodam  
marmore legitur, quod in capitolio uidelicet in con  
seruatorum palatio seruatur. Id autem est.

IMP. CAESARI, DIVI TRAIANI PARTHI

et cetera

DE ANTIQ. VRBIS ROMAE  
CI FIL. DIVI NERVAE NEPOTI TRAI-  
NO HADRIANO AVG. PONTIF. MAXI-  
MO TRIBVNIC. POTEST. XX. IMP. II. COS.  
III. P. P. MAGISTRI VICORVM VRBIS RE-  
GIONVM XIII. Haec igitur ut breviter expo-  
nam fuere. Primam portam capenam ab ea porta,  
que buic proxima esset, Cæliolum autem, atq; Cæli,  
particulam, wallisq; vicinæ continebat. Nonnihilq;  
etiam extra urbem extendebatur. Quid nulli rea-  
liquarum contigit.

Cælimontanam secundam dixere, reliquum bac Cæ-  
li montis complectebatur.

Tertia Isidi ac Serapidi nomen fuit. Haec amphithe-  
trum Exquiliarum partem, ubi thermæ Titi erant,  
Traiani, ac Philippi, atq; una suburram occupabat.  
Quartam templum pacis appellanere, hanc angustâ,  
sed tamen oblongam fuisse accepimus, inter palati-  
num, atq; Exquilius extendebatur. Seq; cum Tertia  
regione nonnihil confundebat. Viam n. sacram con-  
tinebat, pacis templum, Faustina, Telluris, forū tran-  
stitorium, sororium Tigillum, carinarumq; partem.  
Quinta Exquilina fuit, que reliquum huius collis, cä-  
pumq; Exquilinum, turrim insuper bortosq; Mecæ-  
natis, vicinum præterea collem, ac uiminalem cam-  
pum amplectebatur.

Sexta Altasemita, totum autem quirinalē, tbermæ  
Domitiani, magnamq; wallis portem, que erat inter  
hunc Collem, atq; Hortulos, occupabat.

Septimam Viam latam vocauere, quia in via latâ  
Collis

LIBER QVINTVS. 1159  
et illis Hortorum radicibus ad Agrippa cum pumis  
atq; ad forum usq; Traiani producebatur.  
Octaua Romanum erat forum, que totum hoc foris  
atq; una A Cesaris, Augusti, Traiani; totamq; capia  
solidi ualle que inter capitulum palatinumq; extendi-  
tur, forum boarium Piscarium, nicum iugarium, ipso  
funq; Capitulum; concludebat.

Nonam Flaminium circum nominabant, que Mara  
celli theatrum, Balbi, Pompeij, Pantheum, nissam pse-  
blicam, magnamq; cūpi Manij, partē cōp̄e bēdebat;  
Decima Palatiū dicebatur, totū continens Palatiū.  
Undecima circus fuit Maximus, que circū bucc, atq;  
omnia loca, que usq; ad trigeminam portans, ad sali-  
nas, ad forumq; solitorium producebatur.

Duodecimam Piscinam publicam appellabant, bocca  
angustis finibus circumscrivebatur. Nam modicum  
id spaciū, quod post circum maximum est ierius An-  
tinum includebat, Antonini etiam Caracalla ther-  
mas complectebatur.

Tertiadecimam Auentinum esse uoluere, que totum  
collēm complectebatur.

Quartadecimā ea fuit, quam trans tyberim consti-  
tuerunt. Hac totum illud spaciū, Ianulum, Vati-  
cani partem Iouisq; insulam comprehendebat. De ijs  
Publius Victor singillatim, atq; uberioris tractat. No-  
bis satis est attigisse, quantum ad id quod ad nostrum  
institutum pertinet. Sed omnes regiones, ad quas  
Aqua deuidentur, repetamus.

Anno noua in primis, atq; Aqua Claudia, que intra

R

DE ANTQVLVRBIS ROMAE  
urbem una confundebantur, in XCII. Castella distri-  
se ad omniū regionū urbis cōmodū distribuebātur.  
Iulia in XVII. Castella distributa in urbe. H. III. V.  
VI. VIII. X. ac XII. regioni inserviebat.  
Tepula in XIII. Castella digesta. III. V. VI. VIII.  
regioni aquam suggerebat. Martia LI. Castellis distinctis sue aquae usū III. IIII.  
V. VI. VIII. IX. XIII. regioni subministrabat.  
Anio nectus in XXXV. Castella partita nouem re-  
gionibus presto erat. I. scilicet. III. IIII. V. VI. VII.  
VIII. XI. ac demum. XIII. regio-  
nibus. Virgo in XVIII. Castella. diuisi atribus tantum re-  
gionibus usui erat. VII. VIII. XIII.  
Appia in XX. Castella distributa octo regionibus. I.  
H. V. VI. VII. IX. XI. XII. XIII. ac XI. III. seruebat.  
**A**ffictina uero unatoti trastiburine regioni aquam  
suggerebat.

BREVISSIMA INSCRIPTIONVM AN-  
TIQVARVM, INTERPRETA-  
TIO, QVAE TOTO OPE  
RE CONTINENTVR.



Nnanis quidem hic labor fortasse uideri posset, si doctorum causa suscep-  
tus esset, nibilominus cum maior ho-  
minum pars barum rerum ignara pu-  
taretur, eorum rationibus consulendū  
existimauit, ut hæc etiam posset intelligere. harum an-  
tem inscriptionum sensum tantum declarabimus, nō  
enim grammaticam docemus. Principio paginae, 7.  
titulus est, cuius hoc est initium.

COLLEGIVM AVGVR. collegium augurū in-  
dicat Adriani autoritate monuisse, curassq; ut pom-  
merij fines in antiquum propriumq; locum restitu-  
etur. litera F. filium denotat, ille enim Traiani par-  
thici cognomento filius fuit, ac Nervae nepos. A.V.G.  
uero Augustum.

PONT. MAX. idest Pontifici Maximo.

TRIB. POT. V. Significat Tribunitia potestate  
Quintum. hoc est quinques tribuni.

COS. III. Consule tertium, idest ter Consule.

PROCOS. uero Proconsule. hi omnes tituli sunt, ho-  
noresq; Adriani. b.e omnes abbreviations alijs in-  
scriptionibus seruient.

Eadem pagina habet VTIQ VE BI.

Licere ait terminos pomacri ampliare si ē rep. fin.

R. ij

Acut Tito Claudijs Imperatori dedicati.

Eadem pagina TI. CLAVDIVS.

Titum Claudium docet Drusii filium finibus populi  
Romani auctis, pomerium quoq; auxisse.

IMP. significat Imperator. Quod XVI. exercitū du-  
cerat. P.P. pater patriæ, reliq; tituli sunt, dignitatis.

Pagina habet ii. I IMPERANTE DN.

Hastianiano Imperante docet Narsensem gloriofissimū  
virum ac patritium uictis celeritate mirabili Gotbis  
eorumq; Regibus, Romeq; atq; universæ Italie li-  
bertate parta, illius fluminis alueum purgasse, ac in  
meliorem quam antea formam, statumq; pontem via  
falaria à Totila dissectum renouasse.

Eiusdem fere sententiae uidentur esse que sequuntur  
carmina. Scilicet quemadmodum Narses Gotbos fu-  
dit, ac superauit, ita etiam, flumini iugum imposuit.  
Idq; egit, ut illius aquas subiectas ponte suo calcari ac  
premi possent.

ANN: annis notat. Hoc est XXXIX. Imperij sui an-  
no, tot. n. ann. imperauit, Iustinianus. NARSES. pos-  
tem fieri curauit.

Pagina. i. 9. IMPP. CAES.

Innuit à senatu populoq; Romano Arcadio, atq; Ho-  
norio imperatoribus statuas erectas, quod Stilicone  
fudente moenia, turres, portasq; urbis ingenti rude-  
rum copia extracta instaurarit. Negotium autē Ma-  
crobio longimano rei perficienda fuisse traditum.  
Prima illæ literæ. S.P.Q.R. SENATVS PO-  
PVLVSQ. ROMANVS. significant.

**IMP. CAESS. DD. NN. IMPERATORIBUS & C. S. ARIBUS,  
domini nostri. AVG. Augustis  
V. C. uiri consularis, aut uiro consulari, uel etiam ui-  
ro clero, primum Stiliconi, secundum Flauio. Ma-  
crobio respondet.**

**Pagina. 22. IMP. CAESARI.**

Monet senatum honorem illum Vespasiano Impera-  
tori decreuisse, quod sua pecunia urbis uiae refecisset  
cū preteriti temporis negligentie desipate essent.  
S. C. Senatus consultum signat.

**DES. designato. IIII. reliquum ex superiori expost-  
tione plane intelligitur.**

Eadem pagina habet **Q. LUTATIVM.**

**Q. Lutatum, ac Q. Catulum monet quoddam ede-  
ficium de suo faciendum in capitolio curasse. Prima  
sterba sic interpretare Quatum Lutatum quinti  
filium, quintum Catulum.**

**Pagina 27. M. ORATIVS.**

Oratum consulem notat Iouis optimi Maximi tema-  
plum dicasse anno post exactos reges, autoritatemq;  
Clavi annalis regendi à cōsulibus ad dictatores, quod  
borum maior esset dignitas, esse translatam.

**Pagina 33. C. CALPETANVS.**

Calpetanum, reliquosq; qui hoc loco nominantur,  
curatores eorum scriptorum Publicorum illud cura-  
tant faciendum, de quo nulla hoc loco certa habera-  
possunt. Verba ultima significant faciendum curarūt.  
Quae uero in medio inscriptionis sunt sic lege, Ca-  
ius Sextus, Marcus, Titus.

R. ij

Pagina 36. PL. MANILIAE.

Aemilium, atq; Rufinum fratres Maniliae Vestalis syluanum et Hiraneum fororis ipsius filij sepulcrū illud condidisse, docet. Atq; in vestalis ipsius lande se natum singularem foeminae sanctimoniam, ac uenerabilem morum disciplinam in deos probasse.

In sequenti Epitaphio.

Octaviam Honoratam Vestalem clacie claudianam uestali sepulcrum trexisse intellige.

V.V MAX. Virgini uestali Maxime significat,  
SS. Sanctissimis.

Pagina. 39. SALVIS DD.

Secretarium populi romani à Flavio anno institutum, postea igni absumptū, ab Iugario Epifanio reparatum, atq; ad pristinā faciem reductum intellige.  
PRAEF. VRB. DN. Domino nostro prefectus iurabis; que magna erat dignitas.

Pagina 40. C. Aulius.

Vt etq; titulus eos, qui illo continentur, scholam; ita locum uocabant, sua pecunia condidisse, atq; ornasse inserviuit. Eam autem scribis ac praecombus exercentur.

AVG. L. Augusti libertus.

CVR. Curator.

L. Læcius.

Ibidem FLAVIO.

Ex senatus consulo Flavio stiliconi statuam erectora ostenditur, reliqua tituli tantum sunt stiliconis dignitatem indicantia et tam ea que pectare gefferat, quam sanguinis claritatem ostendentia. IS.n. primi

